DE

CO INSULA

FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI

AD GRADUS DOCTORIS RITE CAPESSENDOS THESIM PROPONEBAT

Marcel DUBOIS

GALLICÆ QUÆ EST ATHENIS SCHOLÆ OLIM SOCIUS

LUTETIÆ PARISIORUM

TYPIS BERGER-LEVRAULT ET SODALIUM

MDCCCLXXXIV

DE

CO INSULA

FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI

AD GRADUS DOCTORIS RITE CAPESSENDOS THESIM PROPONEBAT

MARCEL DUBOIS

GALLICÆ QUÆ EST ATHENIS SCHOLÆ OLIM SOCIUS

LUTETIÆ PARISIORUM

TYPIS BERGER-LEVRAULT ET SODALIUM

MDCCCLXXXIV

MAGISTRO SUO VIDAL DE LA BLACHE

GRATI ANIMI TESTIMONIUM DICABAT DISCIPULUS

DE CO INSULA

PROŒMIUM.

Non primus historicum de Co insula opus aggredior. Nonnulli enim nostræ ætatis scriptores, tum hujus insulæ agris urbibusque describendis, tum cognoscendis incolarum institutis moribusque et sacris, studium impenderunt : et, quæcumque e veterum libris excerpta documenta Coorum res gestas illustrant, singillatim ac summa diligentia sunt perscrutati.

Primus Zander[1] de antiquissimis fabulis breviter disseruit quæ ad priscam insulæ historiam pertinent, vera falsis involuta discernens. Idem enixe dedit operam, ut tot obrutorum oppidorum nomina situsque dignosceret, quorum rudera florentissimam fuisse diu Coorum rempublicam etiamnunc testantur. Quum autem nunquam ipse locos inspexerit, nihil in hujusce modi studio profecit ; nullum igitur e libello, quem edidit, auxilium accepimus.

Similiter et opusculo suo K. O. Müller perpauca de rebus Coorum delibavit, qui illustrandæ Dorum gentis causa, necessitudine aliqua Coos cum Epiroticis nationibus conjunctos fuisse demonstrat ; sed de Heraclidum et Asclepiadum origine quæstionem præsertim inducit[2].

Eodem propemodum tempore, Küster[3], vir in primis doctus, omnia veterum scriptorum testimonia congesta collegit, necnon et ipse e tot documentorum apta comparatione, multa memoratu

1. Zander, *Beiträge zur Kunde der Insel Kos*. Hambourg, 1831.

2. K. O. Müller, *Indices scholarum*. Gottingæ, 1838. Dissertatio inauguralis.

3. A. Küster, *Dissertatio inauguralis historica de Co insula*. Halis Saxonum, 1833.

digna exprompsit. Ac primum de Coorum rebus gestis, ita, seu Græcorum, seu Romanorum libros perlegit versavitque, ut scripturo mihi hæc pars non parva laboris absoluta esse videretur et in hoc libello non attingenda: quamvis nonnulla vel in hoc tam perfecto opere vitia animadvertantur. Illum, exempli causa, tam doctum hominem, sicut omnes fere ejusdem ætatis in Germania philologos, ardentes O. Mulleri discipulos, ira quædam adversus Athenas, et nescio quis Doriensium civitatum amor, obcæcant. Præterea non liquido intellexit Küster, Con insulam, post Alexandri obitum, et inter successorum ejusdem discordias, in consortio quodam cum cæteris insulis egisse, modo Ptolemæis, modo Macedoniæ renascentis regibus oblatam prædam. Attamen quæcumque cognitu digna antiqui scriptores tradiderunt, de rebus Coorum gestis, idem tam diligenter et accurate memoravit, ut simili operi incumbens, merus imitator deprehenderer.

Majore etiam cura, de Coorum vita privata, de artis operum copia quæ in insula erant, de litteris disseruit; inde mihi consilium hæc quoque omittendi quæ idem auctor tanta diligentia percensuit.

Sed intra triginta hos annos novam studiis historicorum materiem dederunt inventæ tot inscriptiones, in ruderibus Græcarum civitatum tamdiu sepultæ. Nulla autem inter Ægæi maris insulas, si Rhodon excipias, tam divitem quam Cos nostra, documentorum messem studentibus attulit. E Germanis Ross [1], Franz [2] et Osann [3], e Gallis Texier [4], ex Anglis Leake et Helpman [5] multos in lucem titulos eruerunt, Coorum in urbe vicisque perlectos: quos autem antea Clarke, Köhler, Spon aliique in eadem insula peregrinantes invenerant, Bœckh [6] in unum collectos tradidit.

Inde, florentibus rursus in Græcia cum libertate studiis, viri

1. Ludwig Ross, *Inscript. Græc. ined.*, fascic. 2 et 3.

2. *Rhein. Mus.* N. F. III, p. 84, anno 1845.

3. Osann, *Philologus*, II, p. 756, anno 1845, et *Annal. dell. Instit. arch.*, XIX, anno 1845.

4. Texier, *Voyage en Asie-Mineure*,

5. Leake et Helpman, *Transact. of the Royal Soc. of litterature*, second ser. I, 1843.

6. Bœckh, *C. I. G.*

Majorum historiæ curiosi, nonnihil documentis jam vulgatis adjecerunt[1]: quorum diligentiam et veteris Græciæ amorem non omnes, vel in Co, Orientis incolæ imitati sunt. Quotidie enim succiduntur delenturque antiquarum urbium reliquiæ, ut e marmore calx fiat, dealbandis vicanorum casulis apta. Et sæpissime ipse facti testis fui, quum rudes agricolæ, nos magnum ex inscriptionum studio et inquisitione lucrum percepturos esse in patria existimarent[2].

Invenit tamen adhuc titulorum copiam O. Rayet, e sodalibus quondam nostræ Atheniensis scholæ, qui, summo studio, insulæ vicos bis peragravit. Nec solum inveniendis, ut plerique antea, monumentis feliciter operam dedit; sed et monumentorum interpres optimus, multa de oppidorum situ, multa de Coorum moribus, in lucem protulit, ita ut discipulum me potius ejus in vice agentem quam hæredem profitear[3].

Cui gratias hic ago maximas et propter benevolum, quod scribenti largitus est, adjumentum, et quod, insulam Con rursus peragrandi consilium, ex ejusdem libris et cohortatione hausimus. Denique et in hoc proœmio sodalis amicique Hauvette-Besnault nomen cum grata recordatione inscribam, quo comitante in Con insulam primum appuli: quo licentiam dante, non semel in disse-

---

1. Fontrier, *Pantélidis, Sakkelión*. Πανδώρα (passim) in libris XVII, XIX, XX, in Ὅμηρος et in Ἰωνία (de Smyrne).

2. Præsertim in vico, cui nomen est nunc Κέφαλος, non procul a ruderibus antiquæ Astypalææ sito. Ibi quum agricolam quemdam interrogavissem : « — Titulos, ut videtur, inquit, in marmore inscriptos quæris; (multi jamdiu, amice, venerunt ex Europa ejusdem modi mercatores). » — Hoc revera mihi esse propositum respondi. — Tum ille : « Erravisti vehementer : hos in cæteris vicis titulos incolumes adhuc forsitan invenies, in solo autem nostro prorsus nihil : vobis enim peregrinis lucellum jamdiu e majorum nostrorum monumentis nimium subvenit : at nos in posterum, thesauros, nummos, aurea ornamenta quæque invenerimus, constituimus venumdare; e marmoreis autem titulis combustis calcem extrahimus, quam vicinas in insulas cum lucro navigia importent. Perge igitur viam, neve diutius studiorum causa in vico nostro maneas. Nos enim *archæologis* non favemus. » Et ridens effugit. — Nec mentitus est homo : nihil fere in hac insulæ parte unquam invenimus.

3. Cf. in *Archives des missions scientifiques et littéraires*, 3e série, t. III, 1re livraison; et *Inscriptions inédites des Sporades*, in *Annuaire de l'Assoc. pour l'enc. des ét. gr. en France*, 1875.

rendo documentis, quæ consortes sociique laboris invenimus, utar[1].

Duplici igitur auxilio innixi, hinc veterum historicorum testimoniis quorum pleraque docti nostræ ætatis viri retulerunt, illinc « epigraphicis monumentis » quæ aut recentiorum in libris collegimus, aut peregrinando reperimus ipsi, non in universum de Co insula disserere constituimus. Quidquid enim scriptores, quorum supra mentionem fecimus, absolverunt, brevius referendum erit ; majore autem cura copiaque de his rebus agemus, quas prætereundo solum iidem attigerunt, præsertim de Coorum sacris, de Asclepiadum muneribus atque officiis. Denique quomodo antiqua illa Doriensium colonorum partitio inter tres tribus, Hylleorum, Dymanum ac Pamphyleorum ad ultimum fere tempus Græcæ libertatis in insula viguerit, qui illam vetustissimam Majorum religionis recordationem ritus, quæ sacra servaverint refoverintque, pluribus exemplis ostendemus[2].

---

1. Cf. *Bull. de corr. hellén.*, t. V, p. 201 à 241.

2. De domestica apud Coos reipublicæ administratione, perpauca veteres scriptores, perpauca inscriptionum nuper inventarum tituli tradunt. Munerum nomina potius quam veram magistratuum potestatem ex epigraphicis, ut solet, monumentis, novimus Sic accepimus μονάρχου mentione decretorum publicorum aut tribuariorum annum fuisse designatum ; igitur hic erat insulæ ἐπώνυμος ἄρχων (Rayet, *Inscr. de l'île de Kos,* p. 19 ; et *Bull. de corr. hellén.*, V, 239). Προστατᾶν opera, quorum numerum ignoramus, rogationes ad senatum populumque ferebantur (*Bull. de corr. hellén.*, V, 213) ; ærarium publicum tractabant πωληταί (*Bull. de corr. hellén.*, V, 207). Quomodo autem in universum reipublicæ gerendæ ratio fuerit commutata, Persis, Lacedæmoniis et Atheniensibus vicissim dominantibus, Küster jam ostendit (op. cit , 28, 29, 30) et ad liquidum perduxit.

PARS PRIMA.

Insulæ descriptio. Veterum oppidorum nomina ac situs.

CAPUT I.

Insulæ in universum descriptio.

Cos insula, quæ vetus nomen a priscis incolis, scilicet a Caribus, obtinuit, in duas partes, si quibus elementis solum constet investigamus, dividitur : quarum altera, ad Orientem septentrionesque spectans, promontorium olim ipsius Asiæ fuisse videtur, nunc arto tantum freto a continente divisa; altera vero, versus Occidentem meridiemque sita, vulcanicis viribus, sicut vicina quoque Nisyros insula, e mari elata est. Inter utramque partem, quasi vinculum, arenosa quædam patet regio, submissior et prorsus infecunda. Quod factum Græci scriptores bene compertum habuerunt, ac diversam partium insulæ originem fabulosa narratione retulerunt. Quum enim, ut aiunt, Polyboten gigantem indignatus Neptunus persequeretur, ille autem fugiens in mare desiluisset, Deus, immensa rupe e Coorum montibus detracta, hostem oppressit, devinctumque novæ hujus insulæ sub pondere jussit vivere : inde frequentes terræ in Nisyro motus [1].

Mons autem, cui olim Πρίων [2], nunc Διχέϊο βουνο [3] nomen additum, quasi spina quædam, ab Oriente usque ad mediam insulæ regionem porrigitur : hujus latus meridianum præceps, excepta Kardamenæ valle quæ inter montem ac meridionale littus includitur, in mare rupibus abruptis imminet ; alterum autem lento

1. Apollodor., I, 6, 2. — Stephan. Byz., cf. Πολυβώτης. — Etc....

2. Plinius, *Histor. natur.*, V, 36.

3. De significatione et origine hujus nominis, cf. Rayet, *Mémoire sur l'île de Kos*, op. cit., p. 41, not. 1.

flexu delapsum, immensa agricolis spatia suppeditat, primum colles opportunos vitibus, deinde inferius, agros Cerealibus donis feraces. Hic multos rivulos, vel media æstate aquis abundantes videas, quos incolæ ποταμόυς dicunt[1]; quod spectaculum viatori insulas Ægæi maris invisere assueto admirationem valde movet. Fluviorum duo solum nomina in veterum scriptis traduntur, scilicet Ἄλεις et Κυπάρισσος[2].

Littus fere undique importuosum navigantibus ac periculosum est; hinc enim arenis vadisque, illinc rupibus impeditum occluditur, nisi tamen in sinu « Κάστρι », quem locum olim Coi ad exstruendum portum elegerant. Promontoria duo, Σκανδάριον et Δρέκανον ad septentriones, duo ad meridiem, Λακητῆρ et Χελώνη prominent, quorum cuique nomen situmque e Strabonis et Pausaniæ testimoniis recte attribuit Rayet[3].

Igitur in tres diversas regiones, secundum ipsius naturæ legem, insulam dividemus: quarum una, inter fretum quo a continente Cos dirimitur ac Κυπάρισσον flumen patet, longe uberior cæteris, obque eam causam urbibus vicisque semper frequentior; altera, qua mollius inflectitur meridionale montis latus vallemque Kardamenæ parvam inter abruptas medii jugi rupes ac littus interponi sinit; quod et agrorum spatium veteres Græci coluerunt, vicisque conditis occupaverunt, sicut sparsæ Kardamenæ in vicinia rupes testantur.

Inde, si ad Occidentem pergas, ab Antimakhia Kephalon usque venturus, ante oculos solitudo undique occurrit, tum arenis candida, tum sulfureorum rivulorum erosione flavescens; domum frustra, aut arborem, aut herbam quæras; nulla usquam veterum incolarum vestigia. In pæninsula autem Κεφάλῳ, quam arenosus isthmus reliquæ insulæ conjungit, si non fertiles agri, læta saltem pascua agricolis pastoribusque facilem vitam suppeditant; quare multis in locis obversantur Græcorum monumentorum ruinæ, inscriptiones, columnæ, varia antiquæ artis ornamenta.

---

1. Præsertim in regione qua, propter hanc aquarum abundantiam, florent agricolarum vici, Pili et Asphendiou. Cf. Rayet, op. cit., p. 42.

2. Moschos, V, 99. Ποταμῷ παρ' Ἄλεντι Φιλήτας·

3. Rayet, op. cit., p. 112, 113, 114, 115.

Quibus in universum dictis, nunc vicissim investigabimus quæ in unaquaque harum regionum urbes, qui vici, Græcorum ætate, exstiterint.

CAPUT II.

Regio inter montes ac mare versus septentriones sita.

Sub ædificiis urbis Χώρας, quæ nunc insulæ caput vocatur, jacet Κῶς antiqua, non prima tamen Coorum metropolis. Hanc, quum Astypalæa, diu insulanorum princeps civitas, seditionibus laboraret, coloni et sine dubio exsules anno a. C. 366 aut auxerunt, aut condiderunt. Κῶς adeo celeriter crevit, ut brevi muris munita, potentissimis Græciæ Asiæque civitatibus æmulata sit[1]. Nec dubium quin prisca monumenta sub pauperibus recentiorum Coorum tectis aggesta sint.

Ubicunque solum excavant incolæ ut fundamenta ponant, inveniuntur et inscriptiones et architectonica Dorici Ionicique generis ornamenta ; quæ novi aliquid detegendi plerumque mihi contigit occasio. Sed in terræ superficie nulla fere occurrunt vestigia : adeo solum per tot sæcula et vulcanicis motibus obrutum est, et hiemalium pluviarum alluvionibus coopertum.

Ipsorum murorum[2] qui urbem cingebant, raræ versus Occidentem supersunt reliquiæ[3] ; Ross, nimia, ut mihi videtur, audacia, conjecit Coorum Acropolin in arenoso promontorio sitam fuisse, quod veterem portum ab urbe disjungit, scilicet eodem loco quo « Equites Sancti Joannis » arcem struxerunt, Turcarum nunc occu-

---

1. Strabo, XIV, II, 19. διὰ στάσιν μετῴκησαν εἰς τὴν νῦν πόλιν περὶ τὸ Σκανδάριον, καὶ μετωνόμασαν Κῶν ὁμωνύμως τῇ νήσῳ. et Diodor. Sicul., XV, 76. Κῷοι μετῴκησαν εἰς τὴν νῦν οἰκουμένην πόλιν, καὶ κατεσκευασαν αὐτὴν ἀξιόλογον.

2. Diodor. Sicul., XV, 76.... πλῆθός τε γὰρ ἀνδρῶν εἰς ταύτην ἠθροίσθη καὶ τείχη πολυτελῆ κατεσκευάσθη καὶ λιμὴν ἀξιόλογος......—

3. Cf. « Urbis [χώρας] descriptio ad explorandos veterum monumentorum situs. » Appendix. — Rayet, op. cit., p. 90. — « Ne murorum quidem situm recognoscas. » — Sed ex quo Rayet insulam peragravit, ædificatæ sunt in occidua urbis parte novæ domus, quarum fundamenta nihil aliud sunt nisi veteris Κῶς mœnia : quin etiam, eodem loco, quum conficeretur via quæ montis radices pone sequitur, operarii murorum partem detexerunt, quæ nunc apparet ac prominet.

palam præsidio et semirutam. Etenim de Coorum Acropoli nullam prorsus mentionem e veterum scriptis reperimus ; et sæpissime, vel florentissimæ Græcorum urbes, quum in æquo sitæ essent, muris solum incolas ab hostium incursu protexerunt, quod multis constat exemplis[1].

In meridiano suburbio, inter hortorum spatia quæ nunc magnam priscæ urbis partem occupant, Græci locum quemdam παλαιὸν θέατρον vocare assueverunt ; libentius putem hoc monumentum, cujus parvulus tantum angulus apparet, ad Romanorum ætatem artemque esse referendum ; tamen operæ pretium erit amplius in posterum hæc antiquitatis rudera investigare[2].

Præterea, extra urbem, in ædicula Sancti Joannis Προδρόμου quæ vulgo dicitur ἑφτὰ βήματα, tres columnæ recentioribus ornamentis non sine barbara arte permixtæ, monumentum quoddam Byzantinum eodem loco subjacere sepultum testantur, cujus fundamenta exstant adhuc ac pars murorum[3].

De Asclepii templo apud veteres Græcos tam celebrato pauca, de hujus situ nihil accepimus. Quod templum in suburbio exstructum fuisse ait Strabo[4] ; sed quum fere omnino ignoremus quo spatio Coorum urbs inclusa fuerit (mœnia enim quousque conditores urbis protulerint, nulla adhuc inquisitio ostendit), temere definire tentemus quousque patuerint suburbia. Locus autem, quo Asclepii ædes subrutas esse suspicatus est Rayet[5], nimium ab urbe distare nobis videtur quam ut suburbiis antiquis possit comprehendi. Forsan Doricum illud et eximii operis columnæ caput, quod eodem loco servatur, incolæ ex urbe ipsa attulerunt.

Existimem potius monumenta antiquitatis magna multaque, et inter quæ forsan Asclepii templum, juxta veterem portum arcem-

---

1. Quam opinionem Rayet refutavit (op. cit., p. 90).

2. Cf. Urbis descriptio...., etc. — Appendix.

3. Cf. Rayet, op. cit., p. 91.

4. Strabo, XIV, II, 19. Ἐν δὲ τῷ προαστείῳ τὸ Ἀσκληπιεῖόν ἐστι, σφόδρα ἔνδοξον καὶ πολλῶν ἀναθημάτων μεστὸν ἱερόν.

5. Cf. Rayet, op. cit., p. 91, 92, 93, 98. Quodsi eo loco situm esset Asclepieium, quem designat Rayet, Urbs Κῶς ipsis Athenis multo major fuisset ; at refert Strabo eamdem parvam fuisse. Strabo, XIV, II, 19. Ἡ μὲν οὖν πόλις οὐ μεγάλη, κάλλιστα δὲ πασῶν συνῳκισμένη.... —

que inveniri posse, si unquam occasio et licentia archæologicis investigationibus data sit : quibus indiciis ad hanc opinionem fuerim adductus, breviter dicam[1].

Jam primum in hac una regione quam delineatam retulimus, invenimus miram ornamentorum exquisitæ artis copiam, hinc columnas, illinc perpolitas candidi marmoris moles ; accesserunt et inscriptiones quas transcripsimus[2].

Arcem ingredienti ad dextram occurrunt duo aræ (in tabula cf. 1); ad sinistram vero (2) omnis fere interioris aulæ murus inscriptionibus distinguitur : quindecim circiter titulos numeravi Græcæ præsertim ætatis ; quorum vero sententias exscribere non potui, prohibente arcis præfecto ; at dedicantium nomina ab alienigenis inscriptiones incisas esse testantur, forsan ab ægrotantibus qui curandæ valetudinis causa Asclepii ædes invisere assueverant, et relicto grati erga deum sacerdotesque animi testimonio, in patriam redibant.

(3, 4, 5). Decem e nigro marmore columnæ, sine striis : tria columnarum e candido marmore fragmenta, et caput columnæ unum Corinthiaci generis : multa coronarum ejusdem marmoris fragmenta, excellentis formæ.

(6, 7, 8, 9). Fragmenta similia ; epistylia e candido et nigro marmore, coronæ, columnæ, etc.....

(10). Tres aræ quibus circumvolvuntur serpentes, Asclepii cultum, ut solet, significantes : statuæ duo, candido e marmore (altitudo $1^{m},70$) : una viri, altera feminæ ; fere incolumes, nisi milites, ludendi causa, corpori femineo virile caput, virili femineum imposuissent.

(11). Columnarum e candido marmore fragmenta multa, epistylia quibus ferrea vincula inserta remanserunt adhuc, quamvis rubigine corrosa.

(12). Architectonica ornamenta, cuncta e candido marmore, acervatim sparsa, inter quæ coronarum et epistyliorum copia.

---

1. Cf.... — « Urbis [χώρας] regio in qua plurima veterum monumentorum fragmenta inventa sunt. » Appendix.

2. Annis 1880, 1881, 1882, insulam peragravi, primum a. 1880, Hauvette-Besnault comitante, qui, quum tirocinium, Athenarum scholæ alumnus, agerem, me in illa prima veterum monumentorum investigatione non modice adjuvit.

(13, 14). Anaglypta ejusdem artis ac magnitudinis in interiore et exteriore muro inserta : sed quum valde trunca sint, quid artifex referre voluerit, ægre perspicias[1].

(15). Quindecim e candido marmore columnæ, muro insertæ.

(16). Arcis aula interior omnis, velut tabulamento quodam candidi marmoris tecta est ; nec lapides solum marmoreos conditores hujus arcis attulerunt, sed ornamenta e monumentis veteribus detracta, scilicet columnas, epistylia, coronas, aras, quæ temere solo imposita sensim corroduntur. Si quis autem tot fragmentorum speciem magnitudinemque spectaverit, brevi intelliget non multorum monumentorum lapides eodem loco congestos jacere, sed multa paucorum et eorumdem fragmenta ; exempli causa, epistyliorum similium copiam uno loco collectam videas ; undique in hoc tanto ruderum aggere consentanea architectonicæ artis monumenta agnoscuntur.

Igitur « Equites S. Joannis » qui, ad arcem exstruendam, pauca sed permagna spoliaverunt veterum Græcorum ædificia, iidem, propter incredibile fragmentorum pondus, lapides e vicinis locis revera attulerunt.

Etenim, non procul ab arce, juxta veterem portum, consimilia iis, quæ descripsimus, inveniuntur rudera. In duobus Turcarum templis (17, 18), tot columnæ, tot marmoreæ moles recentioribus vilioribusque ornamentis conjunctæ, non solum e Byzantinis, sed e Græcis etiam dereptæ sunt monumentis ; ac Byzantini ipsi architectones, ad ædificandas ecclesias, plerumque veterum templa eversa nudaverunt.

Sunt tamen qui contendant omnia illa fragmenta, quæ enume-

---

1. Cf. Ludwig Ross, *Archæologische Aufsätze*, II, p. 403-405, pl. VII. — ***Friesplatten vom Asclepiostempel zu Kos.*** Dissentit Rayet (op. cit., p. 98) affirmatque hæc anaglypta viliora esse quam ut Græcæ artis florenti ætate sculpta esse videantur. Non est controversia saltem quin artifex Asclepii mythologicæ historiæ aliquam partem referre voluerit in anaglypto, quod in interiore arcis muro insertum est ; serpentem enim arboremque finxit, quæ sunt propria ejusdem Dei insignia. Præterea adeo mutilum est opus, ut ægre dijudices ad cujus ætatis gentisve peculiarem artem sit referendum.

Alterum autem anaglyptum, quod vidit Ross, in exteriore arcis muro inclusum, valde mutilum est ac truncum pariter.

ravimus, licet gravissima, e longinquis urbis regionibus ad unum struendæ arcis propositum allata esse. Nunc vero, et præsertim intra hos tres annos, in ipsius arcis vicinia, consimiles veterum monumentorum partes ex abdito terræ extractæ sunt; in arctissimo hortulorum duorum spatio (22, 23), quoties solum excavaverunt incolæ, e ductis fossis non dubia alicujus monumenti nec rara deprehenderunt vestigia. Quin etiam repertæ sunt statuæ, plerumque aut vetustate aut hortulanorum instrumentis corruptæ; vide ipse Herculeum quoddam simulacrum, valde truncum, cum multis veterum artis operum reliquiis jacens. Narrant et senes, quum struerentur agrestes in hac urbis parte casæ, permulta ejusdem artis ac formæ fragmenta, aut ad calcem conficiendam combusta, aut, ad quærendum lucrum Græcis incolis vicinarum insularum venumdata fuisse.

Latent igitur sine dubio, in occidentali suburbio recentioris Χώρας, alicujus veterum Coorum monumenti magnæ reliquiæ; quas spero fore ut olim archæologicæ investigationes ex ruderum aggeribus in lucem extrahant. Quod ad nos attinet, quibus indicia forsan utilia denuntiandi occasio contigit[1], e quo monumento tam consentanea fragmenta erepta fuerint, dicere supersedebimus.

Argumento tamen uno utemur: ex inscriptionibus nuper repertis propemodum discimus, aut celeberrimi illius Coorum Asclepiei, aut gymnasii alicujus non procul subjacere fundamenta.

1.

In horto (20), dum solum fodiebat, Alexios Thymanakis hanc inscriptionem invenit, atque domum intra Χώρας muros inde retulit. E litterarum forma intelligas inscripta decreta tertio circiter a. C. sæculo inter socias Coorum et Halicarnassensium civitates intercessisse[1].

Marmoris pars superior truncata est; qua in parte propterea nonnulli desunt versus; intervallo parvo duo decreta sejunguntur.

---

1. De eadem inscriptione amplius disseruimus in *Bull. de corr. hellén.*, V, p. 211, 212, 213, 214, 215, 216.

εὐ-
ν]οίας τῆς εἰς τὸν δῆμον καὶ ἀναγγεῖλαι τ]ὸν στέφανον ἐν τῶι θεάτρωι ὅταν ἡ πόλις πρῶτον ἄγηι χορικοὺς ἀγῶνας τῆι δεύτερον ἡμέραι τῶν κυκλίων, τοὺς δὲ πρυτάνεις ἐφ' ὧν ἂν ὁ ἀγὼν συντελῆται ἐπιμεληθῆναι μετὰ τοῦ ἀγωνοθέτου ὅπως ἂν ἡ ἀναγγελία γένηται τοῦ στεφάνου ἐν τῶι θεάτρωι, ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα τοὺς ἐξεταστὰς τοὺς ἐ]πὶ Τιμοθέου εἰς στήλην λιθίνην, ἔγδοσιν π]οιησαμένους μετὰ τοῦ πωλητοῦ ἐμ μηνὶ Ἐ]λευθεριῶνι, καὶ στῆσαι ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ Ἀπόλλωνος, ἑλέσθαι δὲ καὶ πρεσβευτὴν ὅστις ἀφι]κόμενος εἰς Κῶ τόδε τὸ ψήφισμα ἀποδώσει κ]αὶ παρακαλέσει αὐτοὺς ἐπιμέλειαν ποιήσασ]θαι ἵνα ἀναγγελῆι καὶ παρ' αὐτοῖς ὁ στέφανος ἐ]ν τῶι θεάτρωι Διονυσίοις τοῖς πρώτοις καὶ τ]οῖς Ἀσκλαπιείοις γινομένοις κατὰ πανήγυρι]ν, καὶ ὅπως ἂν τόπον ἀποδείξωσιν τῆι ἀναγραφ]ῆι τοῦ ψηφίσματος ἐν τῷ Ἀσκληπιείωι ἵνα φανε]ρὰ πᾶσιν ἧι ἡ τοῦ δήμου εὐχαριστία. Ψῆφοι ἐγένο]ντο ἐν τῆι βουλῆι ἑκατόν, αἱ δ' ἐν τῶι δήμωι τετρ]ακισχίλιαι. Ἡιρέθη Σαμιάδης Μενεκράτου.

Ἔδ]οξεν τᾶι βουλᾶι καὶ τῶι δάμωι, γνώμα προστατᾶ]ν· περὶ ὧν Ἁλικαρνασσεῖς φίλοι καὶ σύμμαχοι ὑπ]άρχοντες τοῦ δάμου ψάφισμα καὶ πρεσβευτὰ]ν ἀποστείλαντες Σαμιάδην Μενεκράτου ἀξ]ιοῦντι δόμεν αὐτοῖς ἀναγόρευσιν καὶ ἀναγρα]φὰν στεφάνωι ὧι τετιμάκαντι Ἑρμίαν Ἐμμενίδου], δεδόχθαι ἀποκρίνασθαι αὐτοῖς ὅτι ὁ δᾶμος πρότ]ερόν τε πάντα τὰ δυνατὰ καὶ καλῶς ἔχ[οντα πράσσων διετέλει καὶ νῦν τὰν αὐτὰν διάθ]εσιν ἔχων δίδωτι αὐτοῖς τὰν ἀναγ[όρ]ευσιν το]ῦ στεφάνου καὶ τὰν ἀναγραφαν καθ' ἃ ἀξιοῦντι, τ]ὸν δὲ πρεσβευτὰν καλέσαι ἐπὶ ξένια εἰς τὸ] πρυτανεῖον.

Halicarnassenses, ut videtur, decretum quod in honore cujusdam Coi civis scripserunt, in Asclepii delubro exponendum curant, quo melius erga sociam amicamque Coorum gentem gratum animum benevolentiamque testentur : « ἐν τῷ Ἀσκληπιείωι ἵνα φα[νε]ρὰ πᾶσιν ἦ ἡ τοῦ δήμου εὐχαριστία. » At quum e veterum multis testimoniis noverimus, prorsus vastum fuisse Asclepiei peribolum, forsan hæc inscriptio procul ab ipsius templi ædificio translata est [1].

Titulos autem qui puerorum, epheborum ac virorum victorias in magnis Græcarum civitatum ludis memorant, dedicationes in honore patronorum incisas qui aut exercitationum aut ludorum magnifico apparatui operam impensamque applicaverunt, in hoc eodem suburbio cujus tabulam delineavimus, ubique invenias; unde sæpe mihi conjectura in mentem venit, si non ipsius Asclepiei, saltem magni alicujus gymnasii reliquias non procul sublatere.

2.

In eodem horto reperta inscriptio, ubi etiamnunc exstat; marmor e parvo detractum est ædiculo, quod videlicet Coi in honore gymnasiarchi cujusdam exstruxerant, aut epheborum ducis.

Ἁ Βουλὰ καὶ ὁ δᾶμος ἐτείμασαν Τιβ[έριον] Κλαύδιον Τιβερίου Κλαυδίου, Νικαγόρα υἱὸν, Ἀλκίδαμος . . . . ίου και α . . ., ἥρωα [ὑπὲρ] τῶν ἐφήβων.

3.

In Sararæ horto (22) exscripsimus ubi etiamnunc exstat; inscriptio incisa erat in statuæ basi; pars marmoris superior truncata est [2].

---

1. Nuper audivimus, Græcorum incolarum cura sumptuque, eumdem hunc situm exploratum esse.

2. Cf. *Bull. de corr. hellén.*, V, p. 230, 231 : Quo libro archæologicum singillatim commentarium scripsimus.

. . . .
νικ]άσαντα Νέμ[εια] ἄνδρας
πένταθλον.
Ἄκ]τια τὰ μεγάλα Καισάρηα ἀγενεί[ο-
υ]ς πένταθλον πρᾶτον Κῴων.
Ῥ]ωμαῖα Σεβαστὰ τὰ τιθέμενα ὑπὸ
τοῦ κοινοῦ τῆς Ἀσίας ἐν Περγάμωι
παῖδας Πυθικοὺς πένταθλον.
Ἀσκλάπεια τὰ μεγάλα παῖδας
Ἰσθμικοὺς πένταθλον. Και-
σάρηα τὰ τιθέμενα Γαίωι Καί-
σαρι παῖδας Ἰσθμικοὺς στάδι-
ον καὶ πένταθλον, τᾶι αὐτᾶι ἁμέ-
ραι. Ἀγρίππηα Ἰσθμικοὺς πέντα-
θλον. Ἀπολλώνεια τὰ ἐν Μύνδωι παῖ-
δας Ἰσθμικοὺς στάδιον. Δώρεια τα
ἐν Κνίδωι παῖδας Πυθικοὺς
παγκράτιον. Καισάρηα τὰ ἐν Ἁλι-
καρνασσῶι παῖδας Ἰσθμικοὺς
πένταθλον. Ἡράκληα τὰ ἐν Ἰασῶι
παῖδας Ἰσθμικοὺς πένταθλον.
Διονύσεια τὰ ἐν Τέωι Πυθικους πέν-
ταθλον. Καισάρηα τὰ ἐν Σάρδεσσιν
παῖδας Ἰσθμικοὺς πένταθλον.

4.

In ejusdem domus limine :

[Ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος] γυμνασιάρχων καὶ Νικάνωρ Ἀγησιό ὑπογυμνασιάρχων, [τοῖς] νέοις καὶ τῶι δάμωι [1].

5.

In ejusdem horti (22) exteriore muro [2]:

. . . . δώρου
νικήσαντα
Ἐλε]υσίνια τὰ μεγάλα ἄνδρας πένταθλον.

1. Cf. *Bull. de corr. hellén.*, V, p. 236.
2. Ibid., V, p. 231, 232.

῾Ρω]μαῖα τὰ τιθέμενα ὑπὸ τοῦ δάμου παῖδας
᾽Ο]λυμπικοὺς στάδιον. Καισάρηα ἐν Μητροπόλει
π]αῖδας στάδιον. ῾Ρ[ω]μαῖα τὰ τιθέμ[ε]να ὑπὸ τοῦ
δάμου παῖδας [᾽Ι]σθμικοὺς στάδιον, δίαυλον,
πένταθλον τᾷ αὐτᾷ ἁμέρᾳ. ῾Εκατήσια ἐν
Στ]ρατονικήᾳ παῖδας ᾽Ισθμικοὺς πέν-
ταθλον. Θεογάμια ἐν Νύσῃ παῖδας ᾽Ισθμι-
κοὺς πένταθλον. Κλάρια ἐν Κολοφῶν[ι
παῖδας] ᾽Ισθμικοὺς πένταθλον. ᾽Αρχηγέ-
σια ἐ]ν ῾Αλικαρνασσῷ παῖδας ᾽Ισθμικοὺς
πένταθλον. ῾Εκατήσια ἐν Στρατονικήᾳ
ἀ]γενείους πένταθλον. ᾽Αρχηγέσια ἐν ῾Αλ[ι-
καρνασσῷ πόλει ἀγενείους πένταθλον. ᾽Ελευ-
σίνια τὰ καὶ Καισάρηα ἄνδρας πένττα-
θλον.] Καισάρηα τα τιθέμενα ὑπὸ τοῦ δάμου
Γαΐῳ Καίσαρι] ἄνδρας πένταθλον.
᾽Απο]λλωνίεια ἐν Μύνδῳ πένταθλον.
. . . . . . ἐν] ῾Αλικαρνασσῷ πένταθλον· ἐπιστατευντος
. . . . . του Πυθοδότου.

6.

Fragmenta in Sararæ horto reperta :

Λ Ι Ο Ν Ρ C
Υ Τ Ο Ν Γ
Τ Η Σ Π Ο Λ [εως]
Ε Φ Η Β Ω Ν Α Λ Ε
[φιλ]Ο Τ Ε Ι Μ Ω Σ

Ι Α
[νικ] Η Σ Α Ν [τα]
Δ Υ Ν Α
Π Η Ρ Ε Σ
[νικ] Η Σ Α Ν [τα]
Τ Α Ν Ε Μ [εια]
Μ Α Τ Ο Σ
Α Ν Δ Ρ Α Σ
Ν Π Α Ρ Ε
Σ Α Μ Ε

Omnes illæ inscriptiones in honore victorum puerorum, juvenum aut virorum sunt insculptæ, qui in Græciæ aut Asiæ celeberrimis ludis præmia acceperant. Cujus generis decreta veteres sive in templis deponere solebant (in duobus autem inscriptionibus

ludorum *Asclepiorum* mentio habetur), sive in gymnasiis, ut, perlectis quotidie victorum nominibus, cives ad imitationem gloriæ cupiditate incitarentur. Itaque non mirum nobis videbitur, si quando juxta arcem veteremque portum, aut Coorum gymnasii, aut ipsius Asclepiei fundamenta et reliquias, antiquitatis investigatores invenerint.

Inde, si Urbe Χώρα profectus, ad montem pergas iter, brevi Vourinam fontem, arboribus multis, sicut Theocriti ætate, opacum adspicies; quem nunc etiam Βούριναν Græci dicunt, Majorumque memores, pio cultu venerantur. Monumentum ipsum fere intactum adhuc remansit, ac sæpe jam summo studio viatorum in narrationibus et architectonum tabulis est descriptum [1].

Haud procul, sed in altiore montis parte, scilicet ad vicum qui nunc vocatur « Khaïcoutais », Πύξα veterum sita erat; quod ex ipsius nominis significatione manifestum liquet : nempe undique, hoc montis in latere, circum « Khaïcoutais » buxeta cernuntur, id est, πύξαι [2].

De cæteris ejusdem montanæ regionis oppidis, nullam mentionem, ne nominum quidem, geographi poetæque tradiderunt. Tamen conjectare liceat Πήλιον, Ἄσπενδον et Καρυώτην, oppida quæ nunc pæne iisdem antiquis nominibus designantur (Pili, Asphendiou, Karyoti), et apud veteres exstitisse ac floruisse [3].

In media insulæ parte, qua latior submissiorque mons inter utrumque maris littus patet, surgit Andimakhia, nunc a veteris

---

1. Newton, *Cnidus, Halicarnassus and Branchidæ*, II. (Report of M. Pullan.) — Texier, *Voyage en Asie-Mineure*, II, p. 310. — L. Ross, *Archæolog. Aufsätze*, II, p. 389 et seq. — Pantelidis, Πανδῶρα, XII, nº 181, περὶ τῆς ἐν Κῷ Βουρίνης. — Omnium narrationes in unum collegit Rayet, op. cit., p. 99 et seq.

2. Théocrit., *Idyll.*, VII, v. 130 :

Χὼ μὲν ἀποκλίνας ἐπ' ἀριστερὰ τὰν ἐπὶ Πύξας Εἷρφ' ὁδόν.....

3. Πήλι, Πήλιον, verisimiliter e vocabulo « πῆλος » scilicet « lutum » originem trahunt. — Ἄσπενδος nuncupatum erat et magnum Pamphyliæ oppidum. — Καρυώτης latino verbo « nux » congruit. — Animadvertit Rayet antiquum nomen servatum esse (op. cit., p. 52) ; nam si vocabulum « Καρυώτης » e veteri ad recentiorem Græcorum sermonem corruptum, sed cum prisca significatione transiisset, nunc « Καρυδιώτη », non « Καρυώτης », haberemus. Expertus sum ipse vici incolas omnino ignorare quid nomen « Καρυώτης » significet.

oppidi situ distans, quamvis simile nomen retinuerit [1], ex quo Turcæ Græcos incolas e munito priscæ urbis loco pulsos in montis fastigiis habitare coegerunt. Vetus Antimakhia (Ἀντιμαχία) nunc « Kastro Andimakhiæ » vocatur, propter arcem quam « Equites S. Joannis » struxerunt primum, deinde Turcæ præsidio occupaverunt. Multæ in Andimakhiæ situ et vicinis agris inscriptiones sunt inventæ quæ præsertim nos docent quomodo in insulæ vicis sacra, Græcorum ætate, ritusque observarentur [2].

In planitie quæ inter maris littus et montem Kyparissonque flumen includitur, quærenda est Στομαλίμνη vetus cujus mentionem valde obscuram Strabo injicit [3]. Verisimile est, propter nominis significationem, hujus oppidi rudera non procul a maritimis paludibus latere quæ in littore patent inter Linaris et Haghias Paraskevis fluminum ostia, forsan ad Halykian paludem, sicut conjectat Rayet [4]. Oppido autem Ἄλεντι (ex Ἄλεις), in rivis parvi fluminis sito, quod eodem nomine olim designabatur, si ad jucundam Theocriti descriptionem attendimus, aut Linopoti Græcorum, aut Koniario Turcarum recentiores viculi congruant. Uterque enim eodem ab urbe metropoli (Χώρα) distat spatio; et, narrat Theocritus, se, inclinata jam in pomeridianum tempus die, dum ferveret adhuc æstus, Co profectum, Halenta ante solis occasum pervenisse [5].

In ipso littore, inter flumina « Mastikhari » et « Kyparisson » in christiana Ἁγίου Γεωργίου Λιῄζου ecclesia, nuper invenit vir inter Coos doctus St. Pantelidis antiquam Græcæ ætatis aram, e candido marmore. Idem novi cujusdam oppidi Coorum, perlecta inscrip-

---

1. Græci insulæ coloni « Ἀντιμάχια » non « Ἀντιμαχία » proferunt, accentu e pænultima ad ante-pænultimam syllabam translato.

2. Amplius in posterum de ea inscriptione disseram, quam edidi in *Bull de corr. hellén.*, VI, p. 249.

3. Strabo, XIV, II, 19. Ἀπὸ δύσεως δὲ τὸ Δρέκανον καὶ κώμην καλουμένην Στομαλίμνην.

4. Rayet, op. cit., p. 100-101. Zander autem, ut opinor, Strabonis descriptionem falso interpretatur; affirmat Στομαλίμνην juxta Δρέκανον promontorium sitam fuisse. At idem hoc promontorium insulæ partem terminat quæ ad septentriones Occidentemque vergit, id est, procul a regione qua paludes mari infunduntur miscenturque.

5. Théocrit., VII. Cf. in Rayet, op. cit., p. 100, 101.

tione quæ basi cuidam eodem loco incisa est, nomen denuntiavit : ὁ δῆμος τῶν Ἱππιότων.

7.

Inscriptionem, in Ἁγίου Γεωρίου Λῃΐζου ecclesia, Panis prisci templi fundamentis imposita, invenit St. Pantelidis [1].

Ἐγνατία Σεκόνδα τὸν Πανὰ τῷ δήμῳ τῶν Ἱππιότων ἀνέθηκε.

CAPUT III.

Regio inter mare ac montes, versus meridiem, sita.

Vicus, qui nunc Kardamena [2] vocatur, colonia Andimakhitarum e prisca sede pulsorum conditus, divitibus arvis circumcingitur aut uberibus pabulis : in hac planitie, copia marmorum et fictilium vasorum occurrit ; quod a multis olim incolis occupatum fuisse hunc agrum testatur : prisci hujus insulæ partis coloni et Asclepio, et Apollini Herculique templa dedicaverant [3].

Oppidum, quod hujus agri caput fuit, Ἁλάσαρνα, non Ἁλίσαρνα, ut scripsit Strabo [4], alii ad Andimakhias promontorium, alii in sinistra Stoli fluminis ripa, juxtaque maris littus exstitisse volunt. Quod ad Strabonis testimonium attinet, credam propter obscuram truncamque insulæ in ejus libro descriptionem, hunc geographum non omnia invisisse Coorum oppida, sed e navi, non procul a littore prætereuntem, nomina locorum vicorumque, quos videret, in nautarum contubernio didicisse. Sic, Urbem sine dubio ipse peragravit, cujus monumenta, non in universum modo nec brevi nomenclatura commemorat, sed summa cura describit ; at, inde Laketera promontorium prætemavigando verisimiliter conspexit, et in meridionali littore oppidum Halasarnam : quare scribit « πρὸς

1. *Bull. de corr. hellén.*, V, p. 199.

2. Coorum alii « Καρδάμινα », alii « Καρδάμινα » proferunt scribuntque, plerique tamen Καρδάμενα.

3. Asclepii ruinas Rayet recognovit (op. cit., p. 110, 111). Ipse ineditum decretum exscripsi quod de Apollinis Herculisque sacrorum religiosa observatione tres Coorum Halasarnæ tribus sanxerant. Cf. p. 26.

4. Strabo, XIV, II, 19. Πρὸς δὲ τῷ Λακητῆρι χώριον Ἁλίσαρνα. — Nescio cur Zander (op. cit., p. 5) scripserit τὰ Ἁλίσαρνα. — Kuester (ibid., p. 8) scribit Ἁλίσαρνα.

δὲ τῷ Λακητῆρι χώριον Ἁλίσαρνα »; quæ mentio obscura prorsus et mendosa videtur [1]. Duobus titulis inscribitur verum oppidi veteris nomen Ἁλάσαρνα.

8.

In agro quodam ad Andimakhiæ promontorium sito invenit Helpman, exscripserunt rectius postea Rayet et Pantelidis [2]; inscriptionem ipse bis revisi.

[Ὁ δᾶμος] ὁ Ἁλασαρνιτᾶν Ἄρτεμιν. [Ὁ δεῖνα] Πυθοκλέους Ἀπόλλωνι [καὶ τῶι] δάμωι.

9.

Non procul a Kardamenæ vico in domo quadam invenit et exscripsit Pantelidis : adfui et eodem modo mutilas perlegi litteras.

Ὁ δᾶμος ὁ Ἁλασαρνιτᾶν. . . . . [3].

CAPUT IV.

Regio Kephalensis pæninsulæ, versus Occidentem sita [4].

In arta montanaque pæninsula, cujus arenoso culmini nunc Kephalos oppidum imponitur, prisci insulæ coloni urbem Astypalæam, caput Coorum, condiderunt : quam Lacedæmoniorum dux Astyochos, anno 412, cepit diripuitque. Hujus portum vicissim tenuerunt Lacedæmoniorum et Atheniensium classes, belli Peloponnesiaci tempore, ut refert Thucydides [5].

Nullum autem alium portum (excepto recentioris Χώρας interiore

1. Recte ostendit Rayet (op. cit., p. 113) quantum erraverit Strabo in describendis insulæ promontoriis.

2. Rayet, op. cit., p. 110, et *Bull. de corr. hellén.*, V, p. 198, et VI, p. 254.

3. *Bull. de corr. hellén.*, V, p. 196, 197.

4. In hac dissertationis nostræ parte, brevius tantum referemus argumenta quæ jam Rayet, Astypalææ situm recognoscere feliciter conatus, tam accurate ad confirmandam Pullani opinionem contulit. Cf. op. cit., p. 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80.

5. Thucyd., VIII, 41, 108.

portu) invenias tutum nisi in sinu Kastrensi (Kastri). Igitur in hujus sinus littore quærenda sunt Astypalææ rudera[1].

Quam autem hujus littoris partem eligamus? Haud procul a Kephalo, Occidentem versus, apparent multæ Græcæ artis ætatisque ruinæ; at inscriptiones nonnullæ, Romanæ dominationis temporibus incisæ, et eodem loco inventæ, Isthmi nomen commemorant[2].

Nulla in parvo promontorio, quod vocatur Καμάραις, nulla in insula Kastri, inventa sunt Græcæ civitatis vestigia, sed tantum aliquot lapidum aggeres: unde conjectes nullum in his locis oppidum exstitisse, sed forsan navium parvum quoddam receptaculum. Nemo enim tumulos, sepulchra, columnas, perpolitas marmoris moles, unquam invenit.

Igitur Astypalæa in montis culmine sita erat, non procul a Kephalo. Quodsi animadvertimus nullum Græcæ ætatis titulum repertum esse, qui nomen « Isthmi » referat, facile concludemus Astypalææ antiquæ solùm sub Romana dominatione novum Isthmi nomen addictum esse. Forsan et incolæ duobus sine discrimine nominibus utebantur; aut, quod verisimilius nobis videtur, Romani, quum et in vicina Astypalæensium insula[3], eodem vocabulo

---

1. In eam sententiam concordes occurrerunt Ross et Pullan. — Ross, *Reisen auf den griechischen Inseln*, II, 20e lettre, et III, 34e lettre. — Pullan, *Report on the island of Kos*, in Newton, *Cnidus, Halicarnassus and Branchidæ*, t. II. — Leake (*Transact. of the Royal Society of litterature*, IIe série, 1er vol., année 1843) vult Astypalææ rudera ad « Psalidi » promontorium jacere; nihil autem adhuc hoc loco inventum est, qui propius est a Κῶ quam ut intelligas Diodori Strabonisque narrationem verbumque « μετῴκησαν » : præterea, idem hic situs neque condendæ urbi, propter aquæ inopiam, opportunus, neque portuosus, propter vadorum breviumque numerum, unquam fuit.

2. Rayet, *Inscr. de l'île de Kos*, nos 13, 14, 15, 16.

3. Nunc Σταμπάλια, 'Αστροπάλια aut 'Αστυπάλαια insularum incolæ pariter scribunt. Quicumque Astypalæam, Calymnon, Con Nisyronque insulas non semel peragravit, novit quantum discrimen inter quatuor illarum insularum homines, quod ad nominum prolationem attinet, intersit. Astypalæenses enim, qui aliquid Italici sermonis, moris, et pronuntiationis retinuerunt, proferunt sæpe Στροπᾶλια (Stropâldja aut Stropâlja); apud Calymnios simile aliquid animadvertitur; quorum tamen citior breviorque est vocis emissio; ideo Σταμπάλιαν vicinam vocant insulam. Coi et Nisyrii antiquo Astypalæam nomine designant ('Αστυπάλαια), qui magnam veteris Græcorum sermonis partem intactam servaverunt.

præcipua urbs nuncuparetur, priscum nomen Coorum oppidi abstulerunt et aboleverunt. Romanorum enim classibus, belli piratici tempore, strenuum atque efficax auxilium Astypalææ insulæ classis tulerat[1]; quod ob beneficium, gens populi romani socia amicaque veterem famam cum nomine, ut opinor, servavit.

Præterea Doribus Græcis qui, Peloponneso occupata, in Con insulam migraverunt, peropportuna erat ad urbem condendam excelsa illa montiumque præruptis mœnibus cincta planities quam nunc Kephalos oppidum occupat. Nam quum prisci incolæ, Cares, in omni fere insula dominarentur, novis colonis eligendus erat locus quo facilius hostiles impetus, quamvis pauci, repellerent.

At non in eodem situ ac Kephalos, Astypalæa condita fuit, quamvis aræ, sepulchrorum ac templorum fragmenta in Kephalo oppido reperiantur, sed juxta christianam Παναγίας Παλατιανῆς ædiculam, fundamentis Dorici templi Dionyso sacri appositam. Quod factum ipsi nunc suspicantur Coi, quamvis rudes, qui jacentia fragmenta quotidie cædunt comburuntque, lucri causa: hunc enim locum τὰ παλάτια nuncupant, fabulasque non paucas de priscorum incolarum moribus, de urbis interitu, inter se narrant.

Orientale collis latus mœnia defendebant, nunc semiruta et terræ labentis aggere condita, quam venti flatus pluviarumque erosio præcipitem e culmine agit: nec nos fugit quo tempore Astypalæa munita fuerit; memorat enim Thucydides[2], quum Alcibiades Atheniensium classi præfectus ad hoc insulæ littus appulisset, muros montis ipsi lateri adjunctos fuisse, ne rursus Lacedæmoniis agri populandi urbisque diripiendæ opportunitas daretur. In describendis monumentis, aut monumentorum reliquiis, quibus Astypalææ situs denotatur, majorem curam adhibuit Rayet[3] quam ut aliquid adjiciam. Cæterum imminet, hoc præcipue insulæ loco, tot fragmentorum vastatio; imo quotidie omnes ex industria agricolæ opificesque dant operam, ne quid intactum permaneat quod veterum artem magnificentiamque memoriæ nostræ revocet[4].

1. Cf. Ross, *Inscript. Græc. ined.*
2. Thucyd., VIII, 108.... Καὶ Κῶν ἐτείχισε.
3. Op. cit., p. 76, 77, 78.
4. Rayet, ibid., p. 77, not. 1.

Coorum oppidorum vetera ac recentiora nomina.

	Recentius nomen.	Vetus nomen.
Khôra.	Χώρα.	Κῶς.
Khaïkoutaïs.	Χαϊκούταϊς.	Πύξα, Πύξαι (?).
Pili.	τὸ Πῆλι, Πήλιον.	Πήλιον (?).
Asphendiou.	Ἄσφενδιον, Ἄσφενδος	Ἄσπενδος (?).
Karyoti.	Καρυώτη, Καρυώτης.	Καρυώτης (?).
Andimakhia.	Ἀνδιμάχια.	Ἀντιμαχία.
Halykia.	Ἁλύκια ἢ Χιραγόμας	Στομαλίμνη (?).
Linopoti aut Koniario. ?	Λινόποτι. Κονιάριον. ?	Ἅλεις (?).
Haghios Giorgios Lisos.	Ἅγιος Γεώργιος Ληΐζος.	δῆμος Ἱππιότων.
Kardamena.	Καρδάμινα ἢ Καρδάμενα.	Ἁλάσαρνα.
Ta Palatia.	Τὰ Παλάτια.	Ἀστυπάλαια et Romanorum ætate Ἴσθμος.

Undique igitur, in Co insula, apparent præteritæ historiæ monumenta. Multa, quorum nomina ac situm novimus, plura etiam, quorum latent adhuc vestigia, oppida, Dorienses coloni, Caribus succedentes, in fertilibus agris condiderant. Nunc autem incolæ, ad octo circiter millia, sordidis plerique in casulis habitant, tributis simul et ære alieno misere oppressi ; quorum Majores, numero non minus quam quinquaginta millia, in florentibus urbibus, propter artium amorem cultumque inter Græcos celebrati, tantam assecuti erant famam. Et illa Hippocratis patria, non tam ob medicorum ingenium quam ob cœli salubritatem famosa olim, nunc febrium peste vestatur, ex quo homines paucitas et incuriosa desperatio, servitutis fructus, egit ut tot naturæ in hanc insulam collata dona omitterent, et quamvis Græci, sicut pleræque Orientis gentes, torpere per inertiam assuescerent.

Nusquam enim, si omnes regiones inspicias quas Græci habitant, majus quam in Co, inter præteritam præsentemque incolarum fortunam, discrimen deprehenditur[1].

1. Strabo, XIV, II, 19. Κῶς ..... πόλις οὐ μεγάλη, κάλλιστα δὲ πασῶν συνωκισμένη καὶ ἰδέσθαι τοῖς καταπλέουσιν ἡδίστη.

Diodor. Sicul., XV, 76 ..... τείχη πολυτελῆ κατεσκευάσθη καὶ λιμὴν ἀξιόλογος. — ...... ἀεὶ μᾶλλον ηὐξήθη προσόδοις τε δημοσίαις καὶ τοῖς τῶν ἰδιωτῶν πλούτοις καὶ τὸ σύνολον ἐνάμιλλος ἐγένετο ταῖς πρωτευούσαις πολεσιν.

PARS SECUNDA.

De Coorum rebus sacris.

CAPUT I.

Quid inter publica, tributa, privataque sacra interfuerit.

Priusquam Deorum numerum naturamque, quos Coi colebant, definiamus, operæ pretium est ostendere quomodo Dores coloni, ex Argolide in insulam Carum dominatione occupatam transvecti, res sacras tractaverint, quomodo, propter externas internasque Græcæ gentis dissensiones, prisca colonorum religio mutata fuerit.

Et primum procul dubio novimus, Dores, qui novum e Græcia cultum, novos secum Deos attulerunt, Althæmene duce profectos, Con insulam occupasse[1]. Quum enim bello Peloponnesum subegissent, pars victorum in Cretam, Rhodon vicinasque insulas migravit[2]. Sane, post illam migrationem, pleraque Carum sacra ac religiosa instituta, aut mutata sunt, aut e stirpe sublata: nam vestigia quædam priscorum deorum, etiam multos post annos Doriensis dominationis, inveniemus. Quamdiu autem Dorum ipsorum disciplina viguerit, valde incertum est. Verisimile nobis

---

1. Strabo, lib. XIV, p. 935 : Δωριεῖς δ' εἰσὶν ὥσπερ καὶ Ἁλικαρνασσεῖς· οἱ γὰρ Δωριεῖς, οἱ τὰ Μέγαρα κτίσαντες μετὰ τὴν Κόδρου τελευτήν, οἱ μὲν ἔμειναν αὐτόθι, οἱ δὲ σὺν Ἀλθαιμένει τῷ Ἀργείῳ τῆς εἰς Κρήτην ἀποικίας ἐκοινώνησαν, οἱ δ' εἰς τὴν Ῥόδον καὶ τὰς λεχθείσας ἀρτίως πόλεις (Ἁλικαρνάσσον, Κνίδον, Κῶ) ἐμερίσθησαν.

2. Δωριέες οἱ ἐκ τῆς Ἀσίης, γεγονότες ἀπὸ Πελοποννήσου. Herodot., VII, 93. Idem refert eosdem Dores, qui Con insulam tenuerunt, Epidauro esse oriundos. Küster autem (op. cit., p. 13) erravisse vult Herodotum, quum Strabo (cf. supra) Argivæ originis eosdem fuisse memoret; at Strabonis et Herodoti narrationes non adeo inter se repugnant. Quid enim mirum si, et Argivi et Epidaurii, similiter Dores, ejusdem coloniæ participes fuerint, simulque navibus insulam magnam tentaverint illo tempore a Caribus occupatam defensamque.

videtur, in Co insula, sicut in cætera Græcia, pristinam illam sacrorum morumque dissensionem, quæ inter victores et victos, inter Dores et Iones Achæosve primum intercesserat, cito evanuisse[1]. Belli Peloponnesiaci tempore, certe discordiis Astypalæa, insulæ caput, laboravit, quum vicissim Atheniensium et Lacedæmoniorum classes appulerint ac præsidia insulæ imposuerint. Anno autem a. C. 366 adeo efferati sunt animi, ut seditio orta sit; quam ob causam pars incolarum Astypalææ ad Orientalem migravit insulæ regionem, novamque urbem, contra Halicarnassum sitam, condidit[2]. Quibus dissensionibus factum est ut, optimatum, veterumque gentium auctoritate in dies labefacta, renovata mutataque fuerit gerendæ reipublicæ ratio, populusque olim muneribus publicis et sacris amotus, partem potestatis sibi vindicaverit et ad sacra ipsa accesserit. Cujus intestini inter optimates novosque cives belli historia valde ignota adhuc fuit, quum antiqui scriptores nullum reliquerint, nisi quod ad magnas Græciæ civitates attinet, de his rebus testimonium. Sed, quæ in historicorum operibus desiderantur, inscriptiones partim suppleverunt : quarum una magnopere ad propositum nostrum pertinet.

10.

Inter rudera cujusdam veteris « Ecclesiæ » Haghiôn Asomatôn dictæ, ad oppidum Kardamenam, inventa; nunc in « ecclesia » Antimakhias, St. Pantelidi curis, deposita. E litterarum forma intelligas inscriptionem tertio a. C. sæculo esse incisam.

---

1. O. Müller opinatur in libro « De Doribus », illam gentem diu inter victos Græciæ populos intactam et sejunctam remansisse, Deos peculiares et propria sibi sacra attulisse et servavisse; quæ opinio longe a vero distare mihi videtur. Sed tantam de ejusdem scriptoris doctrina disputationem ingredi in hoc opusculo non possumus. Errat autem qui putat Dorum maritimas colonias eodem diu vinculo cum metropoli conjunctas fuisse : exemplum sit Cos ipsa, quæ, Peloponnesiaco bello ardente, non sæpius cum Lacedæmoniis quam cum Atheniensibus socia et amica stetit. Quo ex argumento planius patet, hoc bellum non propter Dorum et Ionum, sicut vult Müller, gentilem inimicitiam vetusque odium fuisse susceptum : in utroque enim exercitu, in utraque classe, simul adfuerunt Doricæ et Ionicæ originis gentes. Et Cos insula, Atheniensium ὑποτελής, a Spartanorum, scilicet Dorum exercitu, direpta fuit. Cf. Thucyd., VIII, 41.

2. Strabon, XIV, II, 19. Ἔπειτα διὰ στάσιν μετῴκησαν εἰς τὴν νῦν πόλιν περὶ τὸ Σκανδάριον.

Supra[1] :

Επι μονάρχ[ου] Πραξ[ιμ-
έν]ευς, μηνὸς Ὑακινθίου.

Facies columnæ I.

Εδοξε ταῖς φυλαῖς αἷς
μέτεστι τῶν ἱερῶν Ἀ-
πόλλωνος καὶ Ἡράκλευς
ἐν Ἁλασαρναῖ · Εὐφίλη-
τος Παρμενίσκου τοῦ
Φιλόφρονος εἶπε · Ἐπει-
δὴ συνβαίνει δυσεπι-
γνώστος ἦμεν τὸς ἀ-
ναγεγραμμένος τῶι Θε-
ῶι διὰ τὸν χρόνον, ὅ-
πως οὖν ἐπιγνώσθων-
τι, τοῖς τε ὑποδεχομέ-
νοις εὐπαρακολούθη-
τον ὑπάρχῃ τὸ πλ[ῆθος]

Facies II.

τῶν μετεχόντων τοῦ ἱε-
ροῦ, δεδόχθαι, κυρω-
θέντος τοῦδε τοῦ ψα-
φίσματος, ἀπογράφεσ-
θαι τὸς μετεχόντας
τοῦ ἱεροῦ, τὸς μὲν ἐνδά-
μος ἀρξαμένος ἀπὸ τᾶς
τρίτας τοῦ Ὑακινθίου
ἕς τε καὶ τὰν τριακά-
δα τοῦ Ἀλσείου · τὸς δὲ ἀ-
ποδάμος ἀπογραφόν-
τω τοὶ ἐπίτροποι · ει δὲ
μή, ἀπογραφέσθων αὐ-
τοὶ ἐπεί κα παραγένων-

1. Quod monumentum accurate descripsi in *Bull. de corr. hellén.*, VI, p. 249.

Facies III.

ται ἐν τριμήνωι τὸ ὄνομα πατριαστὶ ποτὶ τὸς Ναποίας, ἐξαγευμένος καὶ τὰν φυλάν, καὶ τᾶς ματρὸς τὸ ὄνομα καὶ τίνος τῶν πολιτᾶν θυγάτηρ ὑπάρχει· οἷς δέδοται ἁ πολιτεῖα, κατα τίνα νόμον ἢ δόγμα κοινὸν τοῦ παντὸς δάμου· ποταπογραφέσθων δὲ καὶ τὰν πατρίδα καὶ τίνος . . . . γης[1] καὶ αματη . . . . . . ε. Ὅπως

Facies IV.

δὲ μηθένα λάθη ἁ ἀπογραφά, τοὶ Νάποιαι τοῖς Ἡρακλείοις, ἐπεί κα μέλλωντι κλείνεσθαι τοὶ φυλέται, προκαρυσσόντω ἀπογράφεσθαι κατὰ τὰ προγεγραμμένα, καὶ ἐν τῶι συλλογῶι τὸ αὐτὸ ποιεύντω· κατὰ ταῦτα δὲ καὶ ἐν τῶι Δαλιῶι μηνὶ ἀρξάμενοι ἀπὸ τᾶς τετράδος ἐς ὅ κα συντελέσ[θ]ωντ[ι τ]αὶ παναγύ[ρει]ς,

---

1. Quum hoc decretum Dorice scriptum sit, deletas litteras supplere non possumus : genitivum enim si suppleverimus Doricum, verbi absentis terminatio erit ἇς : at tres litteræ ΓΗΣ sine dubio in inscriptione leguntur.

Facies V.

προκαρυσσόντω καὶ
ἀπογραφόντω· ἐχόν-
τω δὲ καὶ ἐμ πόλει ἐκ-
χθέματα[1] κατὰ τὰν ἀ-
γορὰν ὅπει κα αὐτοῖς
δόκῃ ἐπιτάδειον ἦ-
μεν· ἐν δὲ τῶι δάμωι
τὸ ψάφισμα τόδε ἀνα-
γράψαντες εἰς λεύκω-
μα ἐκτιθέντω πασᾶν
ἀμερᾶν φανερὸν σκο-
πεῖν τῶι χρήζοντι ὅμ-
περ χρόνον καὶ ἁ ἀπο-
γραφὰ ὑπάρχει· καὶ τος

Facies VI.

ἀπογραψαμένος κα-
ταχρηματιζόντω
καθότι καὶ τἆλλα
γράμματα χρηματί-
ζοντι· ἐχόντω δὲ
καὶ παρ' αὐτοῖς ἐν λευ-
κώματι κατὰ γράμμα
ἀναγεγραμμένος ἐ-
ξᾶν ἀπὸ τοῦ ἄλφα
καὶ παραδιδόντω
τοῖς μεθ' αὐτὸ[ς γ]ε[νο-
μένοις καὶ τὸ[ς ἀπο-
γραφομένος ἀεὶ π[οτα-
ναγραφόντω· τ[οὶ δὲ

1. Sæpe, in Dorica dialecto cujus in insulæ inscriptionibus plurima exstant exempla, κ in χ mutatur quum θ subjicitur (cf. Ross, *Inscr. gr. ined.*, fasc. III, p. 51, l. 27; O. Rayet, ibid., n° 7; *Bull. de corr. hellén.*, V, p. 200-240, n° 14, l. 2, et n° 26, l. 3); sed nunquam litteras κ et χ juxtapositas invenimus, sicut in ἐκχθέματα.

Facies VII.

ἀρχεύοντες καὶ ἐπι-
μήνιοι διδόντω τὸς με-
ρίδας ἀντεφορῶντες
ἐκ τοῦ λευκώματος.
καὶ τοὶ Νάποιαι τὸς ἐ[πι-
βαλλομένος ἐς τὰν [ἱε-
ρ]ατείαν τὸν κλᾶρον ἐ-
χόντω ἀντεφορῶντες
ἐκ τοῦ λευκώματος·
ὅπως δὲ καὶ εὐσ[ο]μοί-
α ὑπάρχῃ ἁ ἀναγραφὰ, τοὶ
Νάποιαι ἀναγραψάντω
.ν τόδε τὸ ψάφισμα ἐ[ς
στ]άλαν καὶ σ. .σ. .[πο-

Facies VIII.

ταναγραφομένος καθότ[ι
αὐτοῖς καὶ ἐς τὸ λεύκωμα
. . . . ἐπιτέτακται.
Τὰν δὲ γ]ενομέναν δαπά-
ναν ἐς] τὰν ἀναγραφὰν τ[ε-
ισάντω] τοὶ Νάποιαι ἀπὸ
τῶν ὑπα]ρχόντων τοῖς Θε-
οῖς χρημ]άτων καὶ ἀπολογ-
ισάντω με]τὰ τᾶς ἄλλας δ[α-
πάνας]. Αἰ δέ κα τις τῶν ἀ[ρχ-
ευόν]των ἀπείθῃ τοῦδε τοῦ
ψαφίσματος, πεντακατίας
δραχμὰς ἀποτεισάτω ἱ[ε-
ρὰς τοῦ Ἀ[πόλλωνος.

Illud decretum tulerunt tribus, ut summa cura inscriberentur cives qui Apollinis Herculisque sacrorum in Halasarnæ templo jure ac sine controversia erant participes : ne fraude mala falsi

mendacesque Deorum cultores veris legitimisque misceantur, cavent in posterum. Itaque definire student quomodo inscribantur cives præsentes et absentes, et alienigenæ quibus jus civitatis sive lege, sive populi decreto datum fuerit; deinde designantur magistratus qui legem observandam curent, jussi certis temporibus censum indicere. Sic sperant decreti auctores fore ut sacrorum sanctitas, sacerdotalium comitiorum ordo, denique legitimorum cultorum jus, melius confirmentur.

Quæ sunt autem illæ tribus quæ decretum tulerunt? Quibus legibus eædem tamdiu trifariam divisæ, sicut priscæ migrationis tempore, remanserunt? Quam denique libertatem, inter hostiles bellorum civilium seditionumque impetus servaverunt? Non nos omnino fugit illa saltem pars Coorum historiæ; comparatis enim inter se epigraphicis documentis quæ intra triginta hos annos reperta sunt et commentationibus illustrata[1], in universum intelligemus quo pacto, quas ob causas sacra Doriensis Coorum coloniæ, a primævo statu mutata fuerint et corrupta.

Novimus enim Coos, sicut cæteros Græcos, seu Doriensi, seu Ionica stirpe oriundos, paulatim a priscæ ætatis more recessisse; optimates olim solos, sacrorum, honorum, sacerdotalis ac publicæ simul potestatis arbitros fuisse, inde coortis seditionibus, æquam omnibus libertatem et æqua jura esse concessa.

Igitur, quo tempore latum est illud decretum, id est, Macedonicæ dominationis ætate, non revera intacta vigebant Dorum religionis instituta; sed in speciem modo servabantur antiqui ritus et mores. Argumento est ipsa causa, quæ tribus ad ferendum decretum egit; coguntur enim in Halasarna omnium eorum nomina lustrare qui se cultores deorum esse profitentur; nam paulatim, quod fatentur decreti latores, deletis aut turbatis templi commentariis, alienigenæ, ullo sine discrimine, sacris aderant, quin etiam epularum fiebant participes (συνβαίνει δυσεπιγνώστος ἦμεν τὸς ἀναγεγραμμένος τῶι Θεῶι διὰ τὸν χρὸνον). Sic et adversus sacrorum religionem parabatur nefas; et ærarium, illicitorum

---

1. Ross, *Inscr. græc. ined.*, fasc. II, III; O. Rayet, *Inscr. inéd. de l'île de Cos*, in *Annuaire de l'Assoc. p. l'encour. des étud. gr. en France*, 1875, et *Bull. de corr. hellén.*, t. V, p. 200-240.

convivarum crescente in dies numero, nimiis epularum impensis exhauriebatur. Quo factum videlicet erat, ut cives, olim ad gerenda sacerdotia proni, jam tum magis « onerati quam honorati » munera rejicerent[1].

At priorum colonorum in Co posteri traditam a Majoribus sacrorum religionem priscosque ritus servare conabantur, et gentium simul colluvionem prohibere. Præcipue cavebant ne turbarentur antiquæ cærimoniæ quæ partitionem totius populi in tres tribus memoriæ civium revocabant, præsertim Herculis, Hylleorum divini ducis, in honore celebratæ. Vetustissimi ejus sacri mentionem invenimus, et decretum ipsum quo, quarto circiter a. C. sæculo, sacrificia tributa eodem die parabantur, sed diversis locis, ut simul intelligeretur Dorum quidem gentem inter tres tribus divisam, sed et communium sacrorum vinculo unius Herculis in honore celebratorum, conjunctam permanere, sicut bellicæ migrationis tempore.

11.

In domo Dim. Platanistis, Χώρας δημάρχου : inscriptio valde mutila ; marmoris deest superior pars et sinistra.

. . . . . ἀμφ]εικάδος
. . . . σιν οἱ [ἱαρεῖς] οἷε τελέω [θοινῶ]νται κατὰ φυλ-
άν, ὁ] μὲν τῶν Ὑλλέ[ων παρὰ. . . . . .], ὁ δὲ τῶν Δυμά-
νων παρὰ τὰ Ἀναξίλεα, ὁ δὲ τῶν Παμφυλέων ἐν Σιτέαι

1. Nonnulla ejusdem facti exempla commemorentur in Asiæ Minoris et insularum Græcis civitatibus. Cf. Le Bas et Waddington, *Inscriptions d'Asie-Mineure*, Olymos, n° 339. Olymi decretum, quod eo loco transcriptum est, ostendit quas ob causas sacrorum commentariorum recensio et emendatio in Græcis coloniis necessaria videatur. L. 6 et seq. : « Ἐπεὶ δέ τινες, κατ' οὐθένα τρόπον...... ὑπαρχούσης αὐτοῖς τῆς μετουσίας τῶν ἱερῶν μεταλαμβάνου[σι τῶν ἱερῶν...... » Idem igitur decretum mentionem civium facit quibus jus sacrorum secundum leges conceditur. In Olymo, sicut et in Co, cives veterum colonorum e stirpe oriundi, et tributim in commentariis inscripti, arcendis alienigenis consulunt decretumque ferendum curant. Non tamen jubent nominatim in sacerdotum libris inscribendos esse Apollinis et Dianæ cultores ; sed civium classes modo designant quæ jure sacris adsunt et festivis adhibentur epulis. — Cf. et Foucart, *Inscr. inéd. de l'île de Rhodes*, n° 60 : « καὶ μὴ μετέχωντι τῶν ἐν Λίνδωι ἱερῶν οἳ μὴ καὶ πρότερον μετεῖχον. » Et cives magistratibus decreto gratias agunt qui accurate caverunt ne quis illicite sacrarum civitatis cærimoniarum particeps fieret.

παρὰ τὸ Δαμάτριον· . . τούτων ἑκάστωι ἱερ[. . . . . .
. . . . ἡμίεκτον ἑκατέρων καὶ κύλικες καιναὶ τρεῖς ε-
. . . . . . καὶ πίναξ ἑκάστωι· ταῦτα παρέχοντι τοὶ ἱα-
ρεῖς] καὶ θύοντι . . . . . . νομένου Ἡρακλεῖ ἐς Κο
. . . . καυτός· τᾶι αὐτᾶι ἁμέραι Ἡρακλεῖ
. . . . βοῦς· τοῦτον θύει ὁ ἱαρεύς, τῶι δὲ
ἱαρεῖ γ]έρα δίδοται κριθᾶν τρία ἡμέδιμνα καὶ σπυ-
. . . τ]ρεῖς τεταρτῆς καὶ μέλιτος τέτορες κοτύλ-
αι καὶ τυροὶ οἴεοι δυώδεκα καὶ ἰπνὸς καινὸς καὶ φρ-
υγά]νων ἄχθος καὶ ξυλέων ἄχθος καὶ οἴνου τρία
ἡμίχοα.

Unaquæque tribus aram suam habet et suum sacerdotem; omnes autem Coi, Hyllei, Dymanes aut Pamphylei eosdem sine discrimine Deos colunt, et pariter oves binas Herculi mactant, « οἱ [ἱαρεῖς] οἶε τελέω [θοινῶ]νται κατὰ φυλάν ». Dymanum et Pamphyleorum templa aut aræ accurate in decreto designantur: Dymanes mactabunt « παρὰ τὰ Ἀναξίλεα », Pamphylei autem « ἐν Σιτέαι παρὰ τὸ Δαμάτριον ». Quarto igitur sæculo, servabatur adhuc publicis sacris Doriensis colonorum originis recordatio; sed verisimile est etiam illo tempore jam obsolevisse multos Majorum ritus.

Tertio a. C. sæculo non jam publico decreto antiquæ religionis morem observandum Coi curant; jam e publico cultus factus est privatus: nec omnium civium, e Doriensi colonia oriundorum, velut patrimonium quoddam remansit, sed paucarum gentium. Etenim, propter illas, quas supra enumeravimus, causas, mutatus est omnino priscus reipublicæ status. In unoquoque δήμῳ, populus e duobus longeque diversis constat elementis: hinc, civium multitudo res publicas tractat, ex quo jus civitatis omnibus concessum est, fracta optimatum potestate per aliquam seditionem de qua nihil historici retulerunt; illinc aliquot gentes, originem ab antiquis victorum Dorum ducibus trahentes, semper trifariam inter tribus divisæ, quæ patrii cultus soli verique habebantur hæredes. Illarum gentium cura præcipua erat ut Majorum religio pura servaretur; quare in Halasarnensi decreto cautum est ne quis gentiliciorum sacrorum particeps fraude fiat. Igitur tribus (φύλαι),

de quibus agitur, nihil aliud sunt nisi tres Dorienses tribus, scilicet Hylleorum, Dymanum et Pamphyleorum[1]. Sed, eodem tempore, propter concessum multitudini civitatis jus, tres illæ tribus, quæ olim Co in insula dominabantur, nihil amplius valent quam cætera sodalicia[2], ad servandos privatorum ritus, instituta. Et sane collegium illud novis hominibus in civium numerum acceptis, suspectum videbatur, quamvis in sacrorum, nunquam autem in reipublicæ administratione versarentur sodales. Quare decreta, quæ aut tres tribus, aut cætera sodalicia, tulerunt, nullam vim habent, nisi populi suffragiis confirmata fuerint et sancita : cujus confirmationis mentionem invenimus in Halasarnensi decreto (facies II, versus 3 et 4 : κυρωθέντος τοῦδε τοῦ ψαφίσματος)[3].

Tributa vero sodalicia, quum omni in republica potestate spoliarentur, studiose tamen enitebantur, ne et avitorum sacrorum

---

1. Nunc procul dubio res est : nam in vicina Calymno insula, quæ tot vinculis cum Co conjuncta fuit, ejusdem facti argumentum mihi contigit. In qua, prope a Calymnii Apollinis templo, inveni et legitimorum Dei cultorum catalogum ; quo autem in catalogo, simul inscribuntur omnes ejusdem tribus cives ; scilicet nomina non secundum δήμων ordinem disponuntur, sed tributim : juxta unumquodque nomen indicio quodam peculiari tribus inscripti civis designatur. Hæc sunt indicia :

Hyllei 

Dymanes 

Pamphylei 

2. Quin etiam novæ creantur tribus, quarum in catalogis inscribuntur novi cives. (Cf. Newton, *Inscr. of the Brit. Mus.*, t. II, Calymnos.)

3. Quo modo populus religiosorum sodaliciorum in Co decreta confirmaverit, nos fugit ; in Rhodo saltem, Doriensi pariter colonia, exemplum ejusdem facti usurpabimus. Cf. C. T. Newton, *Journal of Hellenic studies*, 1881, *on an unedited Rhodian inscription.* — Collegium quoddam (κοινόν) Euthalidarum (Εὐθαλίδαι) coronam decrevit in honore Sosicratis Rhodii. Primo sodales coguntur decretum ferre ad designandum legatum, qui a senatu populoque impetret ut honores decernere et decretum incidere collegio liceat. Inde, senatus populique decretum juxta collegii decretum inscribitur..... « ἔδοξε δεδόσθαι.... Εὐθαλίδαν τῷ κοινῷ ἐπαινέσαι..... » Versus 30-32. Contra Athenis, non solum tribus, sed omnia sodalicia, sine senatus populique auctoritate, libere laudes coronasque decernebant.

privilegium, per nimiam novorum civium cooptationem, amitterent[1]. Itaque in Halasarna rursus perscribendum jubent sodalium catalogum qui cultus genuine sunt participes. Catalogum ipsum nominum, qui in columna eadem ac decretum, inscriptum erat, non invenimus. Sed, sumpto ex aliis inscriptionibus exemplo, ostendemus qua cura, quo studio, sacerdotes decretis de censu renovando obsequerentur[2]. Etenim multis formulis variisque utebantur ad inscribenda in census catalogo nomina.

I. Brevissima omnium est formula qua referuntur solum inscripti civis pater, mater, maternusque avus; quo pacto genuinus deorum cultor testatur se purà stirpe oriundum esse et paterna et materna; decet enim matrem e cive natam esse.

Ἀριστοκλῆς Λυσίου, ματρὸς δὲ Τιμοῦς τᾶς Φιλωνίδα[3].

II. Interdum tamen sodalis, tributi cultus particeps, non paternæ et maternæ originis, quod necesse est secundum decreti jussa, sed et aliorum hereditarii juris testimoniorum mentionem fieri curat. Exempli gratia, veterum gentium (γένων) inscribuntur nomina e quibus et originem trahit et jus quoddam sacra adeundi; nam, in tribu sicut et in phratria, cultus nihil est nisi hereditariorum pars bonorum: quare, in templorum catalogo, unusquisque stirpis suæ originem, quantum lex sinit, e longinquo percenset. Tum hæc adjicitur in censu mentio, tanquam ipse loqueretur civis quem inscribunt sacerdotes: « μέτεστι δέ μοι.... », scilicet: « Sum quoque juris sacrorum heres et particeps ex gente..... ». Illis enim verbis non designatur modo propinquitatis vinculum, sed

1. Aristot., *Polit.*, VII, 2, 11. Si populare reipublicæ gerendæ genus et libertatem instituere velis....... Clisthenem imiteris....: pro hereditariis sacris, pro gentiliciis, sacra publica instituas, quorum adeundorum potestas omnibus fiat; omnes homines inter se promiscue quamplurimum communicent cures, fractis præteritorum temporum consuetudinibus cunctis.

2. O. Rayet, *Insc. inéd. de l'île de Kos*, n° 10. Catalogus ille nominum, quem eodem ac nos loco Rayet reperit, inscriptus est et in octogono columna, quæ cum capite columnæ quo decretum perlegimus, optime congruit; sed subsimilia magis quam similia sunt, vicina magis quam concordantia inter se duo illa monumenta.

3. O. Rayet, *Inscr. de l'île de Kos*, ibid., col. I, versus 6.

juris supplementum quoddam propter ipsam propinquitatem adjectum[1].

Μέτεστι δέ μοι καὶ Νισυριαδᾶν[2].

III. Eadem illa formula (μέτεστι δέ μοι) sæpius hominis nomen quam gentis designatur :

Ἀριστόβουλος Ἀριστοβούλου, ματρὸς δὲ Ἀναξιπόλης τᾶς Σατύρου. Μέτεστι δέ μοι ἀπὸ τᾶς μαίας Ἀσκληπιάδος τᾶς Νικαγόρα τοῦ Νικοστράτου[3].

IV. Halasarnensi decreto cautum est, ut secundum litterarum ordinem (ἀπὸ τοῦ ἄλφα) census fiat. At in quibusdam ejusdem generis catalogis, nomina, neglecto illo ordine, inscribuntur quum duo cives genere propinqui simul censentur.

12.

Supra januam ecclesiæ Παναγίας Παλατιανῆς, in Kephalo.

Ἀριστόβουλος
Ἀριστοβούλου ματρὸς
δ]ὲ Διαγορίδος τᾶ[ς. . . .
Κ]υδία παραγινόμεν-
ος δὲ ἀπὸ Πλατ[ίν-
ν]ας τᾶς Πασία
Ξά]νθιππος Ἀριστ[ο-
β]ούλου ματρὸς δὲ
Δ]ιαγορίδος τᾶς [Κυ-
δί]α παραγινόμενος
δὲ ἀπὸ Πλατίνν[ας
τ]ᾶς Πασία. Ἀρισ-
τόβουλος Ἀριστο-
βο]ύλου ματρὸς δὲ Ἀν-

1. O. Rayet (*Inscr....,* eodem loco, nº 10) censebat his verbis μέτεστι δέ μοι significari propinquitatis vinculum, non jus : ex quo autem Halasarnense decretum inventum est, liquet utramque rem iisdem verbis designari (« Ἔδοξε ταῖς φυλαῖς αἷς μέτεστι τῶν ἱερῶν... »). Quod ad pronomen μοι attinet, miratur idem auctor cur sic sodalium censum sacerdotes scripserint ; existimem vero, quum stata die omnes sua expromerent, consulto scripsisse sacerdotes et notavisse verba ipsa loquentium.

2. Ibid., col. V, versus 40.

3. Ibid., col. I, versus 32.

αξι]πόλης τᾶς Σατύρο[υ
π]αραγινόμενος ἀπ[ὸ
Π]λατίννας τᾶς Πα-
σία. Εὐξιφάνη[ς
Διο]κλεῦς ματρὸς δὲ
..]κύλλας τᾶς Εὐ-
..]ρος παραγινόμ[ενος
δὲ] ἀπὸ Ζωβίης τᾶ[ς
..]λαιππος.....
..]ς Ἀριστοβούλου
μα]τρὸς δὲ Διαγορί-
δ]ος τᾶς Κυδία
π]αραγινόμενος [δὲ
ἀπὸ] Πλατίννας Πα-
σία . Κα[λ-
λιά[ναξ Δαματρί[ου
μα]τρὸς δὲ Νικ......
..ος τᾶς Καλ[λιά-
να]κτος πα......
πος Ἀρτ...... [1]

V. Adoptiva non secus quam naturali hereditate sacrorum jus communicari poterat ; cujus facti permulta exstant exempla : tribus formulis censentur ii qui per adoptionem jus suum obtinuerunt [2].

(1). Θεύδοτος Καλλιστράτου, καθ' ὑοθεσίαν δὲ Ἡρακλείτου, ματρὸς δὲ Νικατίου τᾶς Θεοδότου.

(2). Θεμιστοκλῆς Διοκλεῦς, κατὰ φύσιν δὲ Χαιρεδάμου, ματρὸς δὲ......

(3). Τελέσιππος Νικάνορος, ματρὸς δὲ Μενίσκης τᾶς Ἀστυνόμου, ὃν ἐποιήσατο παρὰ Τεισάρχου τοῦ Τεισικράτευς, καθ' ὑοθεσίαν τὰν ἐπὶ χρεοφυλάκων.

---

1. Hujus inscriptionis valde mutilæ partem jam exscripsit Rayet (*Inscr. de l'île de Kos*, n° 10) e notis Gorceix; quantum potuimus, ipsi perlegimus et supplevimus alteram ejusdem monumenti partem.

2. De formulis καθ' ὑοθεσίαν, κατὰ φύσιν, ὃν ἐποιήσατο παρὰ..., cf. in Rayet (*Inscr., etc....*, ibid., n° 10) qui accuratam disputationem de cujusque verbi significatione ingreditur.

VI. Mulier, quam civis adoptavit, prodit pariter filiis suis jus sacrorum :

Μακαρινὸς Τεισάρχου, ματρὸς δὲ Μενίσκης τᾶς Ναυκλεῦς, κατὰ θυγατροποιΐαν δὲ Αἰσχίνα τοῦ Τιμοκλείδα [1].

VII. Ex Halasarnensis decreti verbis, novus civis decretum aut legem juxta nomen inscribet quorum gratia civitatem est adeptus :

Νίκαρχος Νικομάχου. Μέτεστι δέ μοι κατὰ τὸ ψάφισμα τὸ γραφὲν ἐπὶ Λαέρτα, Ὑακινθίου [2].

In illa autem formula, verba « μέτεστι δέ μοι » non jam designant, sicut in cæteris, jus hæreditarium adeundi sacra ; sed declarant et quo tempore et quo modo civitatis jus fuerit collatum, « οἷς δέδοται ἁ πολιτεία, κατὰ τίνα νόμον ἢ δόγμα κοινὸν τοῦ παντὸς δάμου ». Non enim populi jussu conceditur jus sacrorum, sed comitiorum tributorum suffragio. At nemo, nisi civis, illo jure frui potest.

VIII. In quibusdam catalogis, notantur etiam tribus et vicus (δῆμος) non solum patris sed et matris.

Ἄνηβοι Πανόρμιοι Ὑλλεῖς. — Ἀνδρόφιλος Σωσικλέους Ὑλλαίου ἐκ Πανόρμου, ματρὸς δὲ Φιλίννας τᾶς Ξενοφῶντος Παμφύλου ἐκ Ποθαίας, γεγονὼς ἐπὶ Λεοντίδεως, Ὑακινθίου [3].

Igitur Dorienses coloni qui insulam, expulsis aut victis Caribus, occupaverunt, primum sacra cultumque tributum pro publico habuerunt, quo tempore omnia munera, sive in reipublicæ, sive in sacrorum administratione, optimatum paucorum essent. Postquam vero populus, quærendæ libertatis avidus, insurgere cœpit, pertæsum est veterum sacrorum sicut et veteris rerum status. Quare obsolevit tributus cultus et sodaliciorum modo opera servatus est ; simul populi decretis legibusque cautum est, ne sub observandæ religionis specie, sodalicia antiquæ auctoritatis partem retinerent : ne de sacris quidem decernere sodales licuit, priusquam populus eorum consilia suffragiis comprobavisset

1. Rayet (*Inscr., etc.*, n° 10, col. V, versus 59).

2. Ibid , col. VIII, versus 38.

3. Hoc exemplum ex inedita inscriptione desumpsi quam in Calymno insula, ad Apollinis Calymnii templum deletum, inveni.

(κυρωθέντος τοῦδε τοῦ ψαφίσματος). Quidquid agant contribules, necesse est eorum decreta publica auctoritate sancita confirmentur; etiam si, laudes et coronam sacerdotis alicujus in honore decreverint, fit publicæ comprobationis mentio; cujus rei exemplum sit Antimakhiæ contribulium decretum hoc :

13.

In exteriore muro domus Jako Constanti Matsango parlegi, in Neâ Antimakhiâ :

Ἐπὶ μ[ο]νάρχου [. . . . . μηνὸς Ἀρ]ταμιτίου ἀμφεικ[άδος, ἔδ]οξε τοῖς φυλέταις· [ἐπειδὴ Π]ερικλῆς Νικάρχου αὐ[τεπάγγ]ε[λτος] ἀρχεύσας τάς τε θυσίας ἐ[ξ]έθυσε τοῖς θεο[ῖς] μεγαλομερῶς καὶ ἀξίως αὐτοῦ τε καὶ τ[ῶ]ν φυλετᾶν, [ποιησ]ά[μεν]ος αὐτῶν καὶ τὰν ὑποδοχὰν φιλοδόξως καὶ ἐ[κτενῶς, βουλόμενος ἐναποδ[είκν[υσθαι τὰν ποτὶ αὐτο(ὺ)ς εὔν[οιαν], ὅπως οὖν καὶ τοὶ φυλέται φαίνωνται ἐπισαμ[αινόμ]ενοί τε καὶ τιμῶντες το(ὺ)ς ἀγαθο(ὺ)ς τῶν ἀνδρῶν ἐπί τε τ[ᾶι πο]τὶ το(ὺ)ς θεο(ὺ)ς εὐσεβείαι καὶ τᾶι ποτ' αὐτο(ὺ)ς εὐνοίαι τε κα[ὶ φιλ]οδοξίαι, τοί τε λοιποί τοὶ [με]τὰ ταῦτα αἱρεύμενοι [ἀρχ]εύοντες, θεωρεῦντες τὰν παρὰ τῶν φυλετᾶν ἐπ[ισ]αμ[ασία]ν τε καὶ εὔνοιαν, πολὺ προθυμότεροι γίνωνται· [ἔδοξε, κ]υρωθέντος το[ῦδ]ε τοῦ ψαφίσματος, ἐπαινέσαι [καὶ] στ[εφαν]ῶσαι αὐτὸν στεφάνωι χρυσέωι ἀπὸ χρυσῶν δ(έκα) [ἀρετᾶς ἕ]νεκα καὶ εὐνοίας τᾶς ποτ' αὐτούς· [ἀ]ποδότ[ω δὲ. . . . τ]αμίας καὶ τὸν στέφ[ανον] τὸν κ[ατὰ] τὸν νόμον· [ἐξεῖμ]εν δὲ αὐτῶι καὶ εἴ. . . . ηληται ἀναγράψαντα τόδε τὸ [ψάφισ]μα ἐς στάλαν λαΐναν ἀναθέμεν παρὰ το(ὺ)ς νομο(ὺ)ς τ]ο(ὺ)ς πατρίο(υ)ς. Ψᾶφοι ἐπιδιδοῦσαι τὸν στέφανον. . . . αἱ δὲ [μὴ], οὐδεμία.

Quum autem totius gentis prisca religio nihil aliud jam esset quam paucorum optimatum privilegium quoddam, verisimile est omnes Græciæ cultus promiscue in Con insulam esse adscitos, sensimque, sine ullo discrimine, seu publicis decretis, seu privatorum collegiorum cooptatione assumptos. Et sine ulla difficultate res ita se habuit; nam neque moribus neque religione tam dissi-

miles a cæteris Græcis Dores fuerunt; Doriensium civitatum et coloniarum aliquam inter se similitudinem non solum agnoscas, sed et omnes inter Græcæ originis populos; quare falso O. Müller Dorienses populos, quod ad res gestas, quod ad ingenium, quod ad religiones pertinet, ab omni Græcia seposuisse videtur. At de publicorum in Co sacrorum disciplina, nihil nos docent neque veteres historici, neque epigraphica monumenta nostra ætate inventa.

Alia multa sodalicia apud Coos exstiterunt, nec solum contribulium civium collegia : quorum duo genera necesse est separatim describamus (« κοινόν » scilicet, et « θίασος »). Utriusque sodaliciorum generis exempla in epigraphicis documentis obversantur :

14.

Ἐπὶ μ[ον]άρχου Νικόφρονος, μηνὸ[ς] Ἀρταμιτίου, ἔδοξε τῶι κοινῶ[ι τῶν συμπορευομένων παρὰ Δ[ία] Ὑέτιον, Χάρμιππος Παρμενίσ[κου κ]αὶ Φίλιστος Φιλίστου καὶ Λύκ[αι]θος Παρμενίσκου εἶπαν· ἐ[πει]δὴ Νικαγόρας Θευδώρου κ[αὶ] Λύκαιθος Λευκίππου γενόμ[ε]νοι ἐπιμήνιοι αὐτεπάγγελτοι τά τε ἱερὰ ἐξέθυσαν τωι Διΐ καὶ ἀνενεώσαντο τὰν θυσίαν τοῦ Διὸς καὶ τὰν ὑποδοχὰ[ν ἐ]ποήσαντο τῶν δαμοτᾶν καὶ [τ]ῶν ἄλλων πάντων ἀξίως τῶ[ν Θ]εῶν, σπουδᾶς καὶ προθυμίας [ο]ὐθὲν ἐλλείποντες. Ὅπως οὖν κ[αὶ τοι] μετὰ ταῦθ' αἱρούμενοι ἐπιμήνι[οι . α]ῦ προθυμοτέρος αὐτος παρέχ]ωντ]αι, εἰδότες τὰν τῶν δαμοτᾶν [εὔν]οιαν. — δεδόχθαι. Νικαγόραν μ[ὲν κ]αὶ Λύκαιθον ἐπαινέσαι ἐπί τ[ε] ταῖ αἱρέσει καὶ εὐσεβείαι ἂν [ἔ]χοντι ποτὶ τὸς Θεὸς καὶ τ[ὸς δ[αμότας, καὶ στεφανῶσαι [αὐ]τος ἀπὸ χρυσῶν δέκα. Το[ὶ δὲ] ταμίαι ἀναγραψάντων τόδε [ψά]φισμα ἐς στάλαν λιθίναν [καὶ] ἀναθέντων πὰρ τὸν βωμὸν τοῦ Διός· τὸ δὲ ἀνάλωμα [τὸ γε]νόμενον ἐς τὰν στάλαν τε[ι]σάντων τοὶ ταμίαι [1].

Illud « κοινὸν τῶν συμπορευομένων παρὰ Δία Ὑέτιον », sicut cætera sacra sodalicia, conventus agit et fert decreta, eodem modo quo publici conventus, et cunctorum civium comitia. Vigent valentque horum decreta sine ulla populi comprobatione ; etenim in

1. Helpman, Leake, Ross et Rayet hanc inscriptionem in Neâ-Antimakhiâ perlegerunt; sed solus Rayet recte emendavit supplevitque. Cf. accuratum ejusdem commentarium in *Inscr. de l'île de Kos*, n° 7.

decreto quod tulerunt Jovis Hyetii cultores, non inscribitur formula « κυρωθέντος τοῦδε τοῦ ψαφίσματος ». Nam quid respublica vereatur ab illis sodalibus qui plerumque epularum causa conveniunt, quibus festorum magnificentia vel impensarum magnitudo potior videtur quam patriæ religionis salus et sacrorum observatio? Attamen sodalicia, quæ vocantur κοινά, privatis collegiis, scilicet θιάσις, non sunt omnino consimilia. Nam Antimakhense κοινόν, cujus decretum retulimus, e sodalibus constat qui ejusdem vici (δήμου) sunt incolæ (δαμόται); thiasorum autem aditu alienigenæ non prohibebantur. Præterea thiasi Deos præsertim colebant ex Orientis religionibus in Græciam adscitos : at Zeus Hyetios (Zeus Ombrios) multis in Græciæ civitatibus aras habuit et templa [1].

Exstiterunt et in Co thiasi, quorum participes erant alienigenæ nec solum cives aut ejusdem vici incolæ; in Cois, sicut in Rhodiis inscriptionibus, thiasus præsidis nomine notatur et designatur. Quod liquet ex epigraphico titulo ad locum dictum « Τὰ παλάτια » a Rayet invento [2] : Θιασεῖται οἱ σὺν Παρμενίσκωι· Ἀγαθοστράτων Μιννίωνος, Τραλλιανός.

Igitur viguerunt in Co eadem sacra instituta atque in cæteris Græcorum populorum civitatibus : unum tamen hoc nobis proprium ac peculiare visum est, scilicet patria Doricæ gentis sacra ad extremum usque tempus Græcæ libertatis, non re vera, sed verbo perstitisse.

Inquiramus nunc quæ numina præcipue Coi venerarentur, quibus ad exsequendos ritus sacerdotibus uterentur, et quomodo tractarentur res sacræ ac templorum æraria.

CAPUT II.

De Coorum Numinibus.

Coorum Fasti. — Priusquam de numinum origine et cultu disseramus, necesse est fastos Coorum, adhuc non satis notos, melius expromamus; e fastorum enim ordine pendebat et sacro-

1. Cf. Rayet, *Inscr., etc.....*, n° 7. — *De Jove Ombrio,* Pausan., II, XIX, 7, et, idem, IX, XXXIX, 3.

2. Cf. ibid., n° 12.

rum religiosus ordo. Nunc enim illorum fastorum seriem continuam ex epigraphicis monumentis illustrare licet.

In Sporadibus insulis, quas Dores coloniis frequentaverunt, Græci iisdem fere mensibus, similibus propemodum fastis usi sunt; Rhodiorum, Coorum et Calymniorum menses plerique congruunt, quemadmodum et Deorum apud eosdem nomina cultusque. Quum de mensium significatione multi jam auctores disseruerint, indicem modo fastorum, omissa omni disceptatione, perscribam [1]:

Congruentia cum nostris mensibus.	Rhodos.	Cos.	Calymnos.
10 October	1 Θεσμοφόριος	1 Ἄλσειος	1 Ἄλσειος
11 November	2 Βαδρόμιος	2 Βαδρόμιος	2 Βαδρόμιος aut Βατρόμιος
12 December	3 Διόσθυος	3 Καφίσιος	3 Καφίσιος
1 Januarius	4 Θευδαίσιος	4 Θευδαίσιος	4 Θευδαίσιος
2 Februarius	5 Πεδαγείτνιος	5 Πεταγείτνυος	5 Πεταγείτνυος
3 Martius	6 Ἀρταμίτιος	6 Ἀρταμίτιος	6 Ἀρταμίτιος
4 Aprilis	7 Σμίνθιος	7 Γεράστιος	7 Γεράστιος
5 Maius	8 Δάλιος	8 Δάλιος	8 Δάλιος
6 Junius	9 Ὑακίνθιος	9 Ὑακίνθιος	9 Ὑακίνθιος
7 Julius	10 Ἀγριάνιος	10 Ἀγριάνιος	10 Ἀγριάνιος
8 Augustus	11 Καρνεῖος	11 Καρνεῖος	11 Καρνεῖος
9 September	12 Πάναμος	12 Πάναμος	12 Πάναμος

Deorum autem, quorum in honore Coi templa et aras posuerunt, alii, priusquam Dores migrarent, alii, post illorum Græco-

1. Hæc quum scriberem, amicus sociusque studiorum B. Latichew, Russicæ Athenis scholæ sodalis, absolutum de Græcorum fastis librum confecit; quo conscripto, jam supervacanea mihi de iisdem rebus disputatio esse videtur. (Cf. B. Latichew. St-Pétersbourg, 1883), de Co et Calymno, cf. p. 155-170.

rum adventum, cultum habuerunt. At inter Græca numina, ægre, ut jam diximus, dijudices utra propria ac peculiaria Dorum fuerint, utra omnis in universum Græciæ.

Carum Numina. — Insulam Cares primi, quantum Coorum historiam et fabulas ab ultima antiquitate traditas repetere possumus, incoluerunt[1] : quorum de religionibus pauca admodum novimus. Nonnulla tamen permanserunt priscorum sacrorum vestigia ; nec, primo statim novorum colonorum adventu, evanuerunt Carum numina ac ritus.

Etenim recte, ut mihi videtur, suspicatus est Rayet[2] Hecates Stratiæ cultum a Caribus in Co originem duxisse : cui Deæ Halasarnenses Coi litabant ; haud procul enim a Kardamena, juxta Ἁγίου Νικολάου ædiculam, inventæ sunt duo dedicationes Hecates in honore incisæ :

15.

Κλευσθένης Ἱέρωνος [ἱ]ερεὺς Ἀπόλλωνος καὶ ἱερωποιοί (sic)· Ἱέρων Στρατίππου, Τιμόκρ[ι]τος Στρατίππο[υ], Στρατίππ[ο]ς Ἱέρωνος, Φαίνιππος Ὀνασικλεῦ[ς], Στράτιππος Τιμοκρίτο[υ], Πυθόνικος Τιμοκρίτο[υ], Ἑκάτα[ι] Στρατίαι.

16.

Ἱερεὺς Ἑκαταῖος Ἑκατοδώρου, καὶ ἱ]εροπ[οι]ο[ί· . . . . sequuntur dedicantium nomina]. . . . Ἑ[κάται Στρατίαι[3].

Præterea, quum indicerentur Magni Stratoniceæ ludi, in honore Hecates editi, Coi, vel imperii romani tempore, athletas mittebant qui de præmiis decertarent (Ἑκατήσια ἐν Στρατονικήᾳ [ἀ]γενέιους πένταθλον)[4].

Insigne est in duobus illis titulis cognomen Hecatæ « Στρατία ». Eodem enim vocabulo nuncupabatur a Græcis vetus Carum numen, Zeus Stratios. Idem et duobus aliis designabatur nominibus in Labrandensi templo, non procul a Mylasa, Cariæ præcipua urbe ; scilicet tum « Labraundos », tum « Khrysaoreus » vocaba-

---

1. Tsetze, ad Lycophronem, v. 644. « Κρίτων δὲ παρὰ τὸ ἀρνὰς πολλοὺς ἔχειν· καὶ τὴν Κῶ ὁ αὐτὸς οὕτω φησὶ κληθῆναι παρὰ τῶν ἐνοικουντων Καρῶν· Κῶν γὰρ πρόβατον οἱ Κᾶρές φασι. »

2. Cf. Ibib., *Inscr., etc.*, nº 9.

3. O. Rayet, ibid., p. 26-29.

4. *Bull. de corr. hellén.*, V, p. 232.

tur. At, quocumque loco colitur Zeus ille Carum, colitur et eodem Hecate. Sic in Stratoniceæ agro, ad Laginam, templum Hecates magnum incolæ dedicaverant, cujus ruderibus vastam planitiem constratam videas : Σώτειρα sane appellabatur Laginensis illa Hecate, sed et forsan, sicut et Zeus Carum, Στρατία, quia hoc cognomen addicere solebant in Co insula, quæ tam parvo maris spatio a Caria dirimitur.

Eo accedit ut, in omnibus regionibus quas Cares ante Græcorum immigrationem tenuerunt, et in Co præsertim, incolarum multa nomina ex Hecates nomine ducta fuerint[1]; ex quo apparet non repentina Dorum irruptione Carum mores et ritus funditus esse sublatos, sed quamvis mutatos, partim tamen permansisse.

Apollo. — Duas ob causas Apollinis cultus semper apud Coos viguit ; primo, quod Dorienses insularum et Minoris Asiæ civitates, fœdere inter se conjunctæ, conventus annuos in Apollinis templo agebant, ad Triopium promontorium sito ; præterea, quia Cos, sicut cæteræ Ægæi maris insulæ, seu Atheniensibus, seu Macedoniæ ac Ægypti regibus, subjecta, Delon insulam et Delii Apollinis templum, patriæ religionis sedem caputque semper habuit[2] : Coi, æque ac Rhodii, magnifice Apollinis Delii templum donis ditaverunt. Igitur Apollo Cois valde acceptus erat, non quia Doriensis Deus habebatur (quod vehementius affirmavit O. Müller), sed quia Doriensis protector fœderis[3] ; simul Apollinem Delium ante omnes Deos insulani colebant, quippe qui, potentiorum

1. Cf. Rayet, ibid., n° 10, p. 57 : « Ἑκατόδωρος, Ἑκαταῖος, Ἑκατώνυμος... »

2. Cf. *Bull. de corr. hellén.*, Homolle, p. 320-334, de Cycladum fœdere, tertio a. C. sæculo (κοινὸν τῶν νησιωτῶν). Ibid., VI, p. 144. « Cos et Rhodos, præsertim quum « florerent, certis temporibus legationes ac dona Delon mittebant. »

3. Ludorum qui in præcipuis Asiæ urbibus celebrabantur participes Coi erant : vel imperii romani ætate, quamvis jamdiu obsolevisset communis originis recordatio, tamen, propter consuetudinem, athletas in eas urbes mittebant. Apollineorum festorum quibus Coi aderant, jam mentionem fecimus (cf. supra, *Inscr.*, n^os 3 et 5).

N° 3. — V. 14. Ἀπολλώνεια τὰ ἐν Μύνδωι παῖδας Ἰσθμικοὺς στάδιον.

V. 15. Δώρεια τὰ ἐν Κνίδωι παῖδας Πυθικοὺς παγκράτιον.

N° 5. — V. 11. Κλάρια ἐν Κολοφῶνι παῖδας Ἰσθμικοὺς πένταθλον.

V. 12. Ἀρχηγέσια ἐν Ἁλικαρνασσῷ παῖδας Ἰσθμικοὺς πένταθλον.

At non solus Apollo in Doriensium fœderatorum conventu colebatur, sed et Poseidôn Nymphæque. (Hérod., I, 144.)

classibus, hinc Atheniensium et Lacedæmoniorum, illinc Macedonum, Ægyptiorum (ne cunctos enumerem) obnoxii, ad communis cultus sacrarium respicere assuevissent. Nec religionis solum incitamento movebantur, sed hac insita omnibus Græcis negotiandi cupiditate; præsertim postquam Romani, adversus Rhodios irati et ultionis avidi, Delii portus liberum aditum omnibus navibus permiserunt.

Delio Apollini templum Coi ædificaverant ac de faciendis sacris, de eligendis victimis decretum tulerant, cujus fragmenta valde mutila invenimus :

17.

In Dim. Plananistis domo exscripsimus, ubi etiamnunc exstat; inscriptio in utroque marmoris latere incisa est; ad tertium aut quartum a. C. sæculum, e litterarum forma, inscriptio referenda esse videtur [1].

V. 1. σκέ]λη, κεφαλά. — 2. ἀγ]ωγὰ ἐκ Κῶ, ἀπάγεν δέ. — 3. Κ]ῴων ἢ ξένων τῶι Ἀπόλλ[ωνι. — 8. θύε]ν ἀμνὰν καὶ ἀμνόν. — 15. τῶν ἱα]ρέων ἢ τᾶν ἱαρε[ιᾶν. — 16. οἶ]νο(υ) ἢ γυναικός. — 17. τ]ριάκοντα ἁμέ[ρας.

V. 2. ἱαρε]ωσύνα τριακάδ[ι. — 3. κατα]λέξεται ὁ ἱαρεύς. — 4. κ]αθαίρεται χοίρωι. — 5. Ἀθαν]ᾶι Πολιάδι οἶν τε[λείαν. — 9. ἡμί]εκτον καὶ ἄρτος. — 14. δί]δοται ἁ κρίσι[ς.

Denique Apollinis *Delii* nomen non semel in Cois inscriptionibus notatum est :

18.

Εἰρηναῖος Εὐαράτου Εὐάρατον Ἀχελωό[υ] ἱερατεύσαντα Ἀπόλλωνος Δαλίου καὶ Διὸς [Π]ολιέως καὶ Ἀθάνας καὶ Δυώδεκα Θεῶν καὶ μοναρχήσαντα. Θεοῖς [2].

Ejusdem dei in honore Coi mensem Δάλιον fastis addixerant (cf. supra) [3]. Nec solum in Κῶ Urbe Apollo colebatur; sacrarium quoddam peculiare ad Πύξαν habuisse videtur, Πύξιος ab hoc insulæ loco cognominatus [4].

1. *Bull. de corr. hellén.*, V, p. 220.
2. Cf. Rayet, ibid., n° 2.
3. B. Latichew, op. cit., p. 166, 167.
4. *Schol. Theocriti*, VII, 130.

Sed Apollinis Calymni templum, in vicina insula, haud procul a Πεθάιας portu situm, cujus magnificæ reliquiæ recentibus investigationibus repertæ sunt, imprimis celebrabatur. Quare ipsi Coi vicinæ insulæ præcipuum numen venerabantur :

19.

Inscriptio inventa in agro Sheriff-bey, juxta vetus theatrum ; basi statuæ incisa erat aut alicujus parvi monumenti, quod jussu Apollinis Didymæi ædificaverant.

> Ἀπόλλωνι [Δη]λίῳ Καλύμνας
> μεδέοντι κ[ατ]ὰ χρησζμὸν
> Διδυμέως Λό[χο]ς Λόχου φύσ[ει
> δὲ Ξενοκράτ[ο]υς μετὰ τῶν
> τέκνων Νικομήδους, Ὀλυμ-
> πίχου τοῦ καὶ Κλευσθένους, Ξε-
> νοκράτους τοῦ καὶ Βωλίου
> καὶ τῆς γυναικὸ[ς] Πώμης
> τῆ]ς Ἀλεξάνδρου . . . . .

Apollinem cum aliis numinibus communi sæpe cultu Coi consociaverunt : præsertim in Halasarnensium templis, qui Apollini Herculique[1] simul litabant, illinc Apollini Artemidique[2] : tamen eodem loco, Apollini peculiaris addicebatur sacerdos[3].

Hercules. — Herculis, tanquam Apollinis, cultus duplex mihi fuisse videtur origo. Non enim primi Dores hoc numen insulæ intulerunt, quamvis idem magna pietate venerarentur : at adeo vetus erat apud Coos Herculea religio, ut ægre intelligatur unde fuerit importata. Jam apud veteres ambigua hæc disceptatio doctorum mentes adverterat : mysticæ referuntur de Herculeo quodam ritu narrationes, quarum mentionem Ovidius inducit :

> Eurypyli urbem, qua Coæ cornua matres
> Gesserunt, tum quum discederet Herculis agmen[4].

---

1. Cf. supra, n° 10. « Ἔδοξε ταῖς φυλαῖς αἷς μέτεστι τῶν ἱερῶν Ἀπόλλωνος καὶ Ἡράκλευς ἐν Ἁλασαρναῖ. »
2. Cf. supra, n° 8.
3. Cf. supra, n° 15. « ἱερεὺς Ἀπόλλωνος. »
4. *Metamorph.*, VII, 363 et seq.

Et Plutarchus inquirit, cur Herculis in Antimakhia sacerdos, quum mactaret, femineam vestem ac mitram indueret, qui autem adessent Coorum, femineo pariter more vestirentur[1].

Veteres ipsi scriptores in ea quæstione multum æstuaverunt; nam, omni tempore Hercules eximie cultus est, cognomine Ἀλεξέως vocitatus[2]; at fabularum, quæ de Herculis in insulam adventu narrabantur, originem, non interpretationem, ne significationem quidem certam Græci Romanique auctores noverunt.

Ut solet, omnes Dei cultum sibi peculiarem esse contendebant. Ac primum, e Plutarcho, quem rei obscuritas et disquisitionum delectaverat difficultas, accepimus, a Doribus inventam esse Herculeorum rituum valde venustam interpretationem. Narrabant enim heroa, quum, diuturna cum Meropibus, insulæ dominis, pugna defessus, fugiendo sese certamini eripuisset, a Thressa muliere vestem accepisse, qua indutus sequentes hostes falleret.

Mythographorum veterum alii contendebant e Creta apud Coos allatum esse Herculis cultum; qui testabantur Coum Herculem nihil aliud esse nisi Cretensis religionis Herculem Dactylum. Hanc interpretationem refert Cicero, in libro *De natura deorum*[3]: « Tertius ex Idæis digitis (Hercules), cui Coi inferias offerunt. »

Denique O. Rayet[4] opinatur illos tam insolitos Coorum in Antimakhia ritus forsan e Semiticis Orientis religionibus adscitos fuisse; nempe populi illis religionibus dediti, androgynis numinibus summo plerumque studio favebant. Quid autem mirum, si Coi Carum nonnullos ritus retinuerunt ac suos fecerunt? Sed de Caribus, sicut de Cretensibus Dactylis, pauca supersunt veterum scriptorum testimonia, eademque fabularum caligine obscurata.

Verisimile est, quod fit sæpe, utriusque religionis et originis similes deos, primum, quum novi immigravissent coloni, fuisse consociatos, ac paulatim in unum mixtos, quemadmodum et incolæ diversis e regionibus oriundi per consuetudinem coaluerunt.

De publico Herculis cultu, nihil insigne novimus, quia valde

1. Plut., *Quæst. Græc.*, 58. — Διὰ τί παρὰ Κώοις ὁ τοῦ Ἡρακλέους ἱερεὺς ἐν Ἀντιμαχίᾳ γυναικεῖαν ἐνδυόμενος ἐσθῆτα, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀναδούμενος μίτρα κατάρχεται τῆς θυσίας.....

2. *Aristid. orat.*, V, t. I, p. 62, ed. Stephan.

3. III, 16, 42, secundum Gronovii emendationem.

4. *Inscr.*, *etc*, n° 10, p. 53.

truncum est decretum quo sacrorum definiebatur ordo[1]. Tertio a. C. sæculo aut quarto, Herculis in honore tres tribus coibant; postquam unaquæque proprio in sacrario fecerat, tum sacerdos Herculis bovem mactabat; ipse quædam dona, videlicet e rebus sacris præcepta, accipiebat, hordeum, frumentum, mel, oviarios caseos, novum furnum, virgulta, ligna, ac vinum. His enim plerumque constabant apud Græcos sacerdotum munera, ἱερώσυνα[2].

Asclepios et Hygeia. — De Asclepio et Hygeia, Coorum diis patriis, præsertim de hujus cultus origine, de Coorum medicorum ex Asclepio ipso oriundorum disciplinis, de artis operum copia quæ in celeberrimo dei templo pietas tot hominum ac populorum congesserat, multi jam disseruerunt scriptores, hi medicinæ, illi antiquitatis deditis studiis. Quorum libris nihil addendum esse mihi videtur, nisi quod recentibus investigationibus aut melius illustratum est aut omnino renovatum[3]. Quidquid nunc scimus aut sus-

---

1. Cf. supra, *Inscr.*, nº 11. — Versu 8, καὶ θύοντι ..... νομένου Ἡρακλεῖ ἐς Κο.... — significatur, ut opinor, aliqua de Herculis adventu apud Coos fabula. — V. 9-10. — « Eadem die et Herculis in honore faciebant. » Nomen dei in fine versus 9 legitur: versu 10, forsitan inscribebatur mentio, qua alter ille Hercules a priore discerneretur. Desunt solum septem aut octo litteræ, omnino deletæ; deinde optime apparent litteræ σαλον.

Variæ ad supplendum occurrunt interpretationes:

(1) Ἡρακλεῖ || ἰόντι ἐ]ς Ἅλον. — Ἅλεις, forsan et Ἅλος, insulæ oppidum erat.

(2) Ἡρακλεῖ || ἄγοντι Θεσ]σαλόν. — Fingitur enim in nomismate quodam Coorum Hercules ferens puerum, quem Preller suspicatur esse Thessalon, herois filium; idem Thessalos, fabulose narrabatur in Co et Calymno regnavisse. (Diodore, V, 54. — Cf. Preller, *Griechische Mythologie*, II, p. 236, nota 4.)

(3) Θῦμα Θεσσαλόν. — Scilicet « Mactetur victima secundum Thessalorum ritus ». —

2. Cf. supra, ibid., v. 10. — τῶι δὲ [ἱαρεῖ γ]έρα δίδοται κριθᾶν τρία ἡμέδιμνα καὶ σπυ[ρ]ῶν (pro πυρῶν) [τ]ρεῖς τεταρτῆς καὶ μέλιτος τέτορες κοτυλαι, καὶ τυροὶ οἴεοι δυώδεκα καὶ ἰπνὸς καινὸς καὶ φρ[υγά]νων ἄχθος καὶ ξυλέων ἄχθος καὶ οἴνου τρία ἡμίχοα.

3. Littré, *Œuvres complètes d'Hippocrate*, t. I, introd., chap. I: *La Médecine avant Hippocrate* (quo loco de Asclepiadum muneribus agit); chap. II: *Vie d'Hippocrate.* — A. Gauthier, *Recherches historiques sur l'exercice de la médecine dans les temples*, 1844. — De Asclepii templo, cf. *Mém. sur l'île de Kos*, p. 90-98. — De Asclepii cultus apud Coos origine, cf. Küster, op. cit., p. 37-43 et 45. — Pétrequin, *Chirurgie d'Hippocrate* (Paris, 1877), introduction (*Vie d'Hippocrate, École de Cos*), p. 23-70. — Vercoutre, *Étude sur la médecine publique chez les anciens*, in *Revue archéol.*, 1880, XXXIX, p. 99-110, 231-246, 309-321, 348-362. — Paul Girard, *L'Asclépieion d'Athènes*, passim, p. 36, 83-88, 114, 115.

picamur de Coi Asclepii templo et cultu, mancum et imperfectum manebit, nisi Coorum Asclepieion, sicut Atheniensium, e solo eruere contigerit. Nunc autem quid novi ex epigraphicis monumentis, his proximis temporibus, acceperimus, breviter exponam.

Asclepios et Hygeia plerumque in dedicationibus consociantur et pariter Coorum dii patrii nuncupantur[1]; quum in unius aut alterius honore sculpuntur anaglypha, aut numismata cuduntur, artifex eodem signo, scilicet anguis imagine, utrumque numen designat[2].

Asclepio et Hygeiæ, quoque mense, sacra offerebantur a sacerdotibus quibus nomen « οἱ ἀεὶ ἐπιμηνιεύοντες » ; quorum sacrorum impensa centum drachmas excedebat :

20.

In M. G. Joannidi domo exscripsimus, ubi etiamnunc exstat ; rara tantum verba sine dubio leguntur.

. . . . ιδα . . . . και ΙΘ καὶ . . .
οἱ ἀεὶ ἐπιμηνιεύοντες ι . . .
σοι τῶι Ἀσκλαπιῶι καὶ Ὑγ[είαι
ἱ]ερεῖον ἀπὸ δραχμᾶν ΡΙ . . . . .
δίκαι ἐν τῶι τέμενει ε . . . . .
τᾶι αὐτᾶι ἁμέραι καὶ βασιλεῖ Νικομή[δει]
οι . . γοσ . σ . ται δε ΙΘ ἀποθ
. Θρασυάνδρου Μοσχο. . . . .
και . . . η Διόδοτος Ανδρ. . . .
καὶ τὰ ὑπὲρ πυρὸς θυε. . . . .
οἱ ἀεὶ ἐ]πιμηνιεύοντες . . . .
μηνὶ Ἀγρια]νίωι ται Θ . ε α . . .
καὶτα. . . . .

Quantum e versu 5 hujus inscriptionis dijudicare possumus, quædam judicia in templo pronuntiabantur. At ignoramus utrum Asclepieion ipsum verbo « τέμενος » designetur, an ædiculum quoddam utrique numini pariter sacrum.

---

1. O. Rayet, *Inscr., etc.*, nos 3, 4. — *Bull. de corr. hellén.*, V, p. 229, nos 17, 18.

2. O. Rayet, *Inscr., etc.*, no 3. — Mionnet, III, p. 407, no 68.

Certe in Asclepieio, fœdera cum aliis civitatibus icta inscribere ac servare consueverant[1]; nec sane procul a patrii Numinis templo Asclepii Ludi, seu sollemnes, seu Magni, celebrabantur[2].

De Asclepieii situ in Co urbe jam (cf. supra) disputationem sum ingressus; sed in duobus aliis insulæ oppidis Asclepio templa dedicata fuerant, scilicet in Halasarna[3] et in Isthmo[4]. Quo loco Deum cognominibus προκαθηγέμων καὶ σωτήρ nuncupabant Coi; quæ epitheta in inscriptione hac leguntur :

21.

In quadrangulata basi, exteriori muro Turcæ domus inserta; dedicatio Romani Imperii temporibus incisa est; multa desunt in utroque latere :

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ

.... ΤΟΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΠΡΟΚΑΘΗΓΕΜΟΝΟΣ ΚΑΙ ΣΩΤ (ῆρος)

Α : ΟΤΟΥ ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ ΤΗΣ ΔΑΜΟ....

Quousque Asclepii sacerdotes et Asclepiadæ medendi artem soli tractaverint[5]?

Jam de hac quæstione multa prolata sunt argumenta; sed quod ad urbem Coorum attinet, ambiguum adhuc videbatur utrum ars medendi, Asclepiadum medicorum privilegium permansisset an reipublicæ cura et impensis exstitisset « publicorum medicorum » collegium ? Præterea vir in primis doctus Vercoutre affirmat unum modo medicum in Græcis civitatibus publico munere esse functum : contra Dechambre contendit publicos medicos sæpe plures adhibitos fuisse. Quæ controversia novis argumentis dirimitur, inventa hac inscriptione :

1. Cf. supra, *Inscr.* n° 1, v. 18, 19.
2. Ibid., v. 17 — Ἀσκλαπιείοις γινομένοις κατὰ πανήγυριν. — N° 3, v. 8 — Ἀσκλάπεια τὰ μεγάλα παῖδας Ἰσθμικοὺς πένταθλον. — His verbis κατὰ πανήγυριν, μεγάλα, apparet duo Asclepiorum Ludorum genera fuisse. Et victoribus pueris æquum dabatur pentathli præmium atque in Isthmicis ludis; quod mentione « παῖδας Ἰσθμικοὺς » significatur.
3. O. Rayet, *Mém. sur l'île de Kos*, p. 111.
4. Ibid., p. 78, — et *Inscr. inéd.*, p. 58-59.
5. Cf. Littré, Vercoutre, Pétrequin, op. cit.

22.

In aula domus Anastasioglou exscripsimus, apud ecclesiam cui nomen Παναγία τοῦ φόρου. Eodem loco nunc exstat. In marmore coronam lauream finxit artifex.

Πραξιμένης εἶπε· ἐπειδὴ [Ξενότιμος Τι]μοξέ-
νου ἔν τε τοῖς πρότερ[ον] χρόνοις [ἐπιμέλ]ειαν
ἐποιεῖτο τῶν πολιτᾶν κατὰ τὰν τέ[χν]αν τὰν
ἰατρικὰν, παρέχων αὐτὸς τὰ[ν ἰ]ά[τρευσι]ν εἰς
τὰν σωτηρίαν τῶν νοσεύν[των, νῦν δὲ . . . . .
τῶν πολλῶν [ὑπὸ ἐπιδαμίου νόσου καμ]όντων,
καὶ τῶν ἰατρῶν τῶν [δαμοσιευόν]των ἐν τᾶι πό-
λει ἀρρωσστησάντων [διὰ τὰς θεραπ]είας τὰς
γενομένας περι αὐτοὺς [καὶ] τὰν ἐπιμέλειαν ἃν
ἐ]ποιεῦ[ντο] τῶν [κ]αμ[νόντων], Ξενότιμος αὐ[τ]ε-
πάγγελτος] ἀεὶ τοῖς δεομένοις παρείχετο τὰν
τέχναν, βοηθ]εῖν προαιρε[ύμ]ε[νος] τοῖς ἀρρωσ[σ-
τοῦσιν, τῶν οἰ]κε[ίω]ν οὐδεμίαν [ἐπαύξ]ασιν
πο[ιεύμενος], ἀλλ' ὁμοίως περὶ πάν[τας τοὺ]ς πολί-
τ]ας [σπουδ]άζων διέσωισε πολλούς, [δεδ]όχθαι
τῶι δάμωι ἐπαινέσαι Ξενότιμον Τιμοξένου καὶ
στεφανῶσαι χρυσῶι στεφάνωι εὐνοίας ἕνεκεν
καὶ ἐπιμελείας ἃμ ποιεύμενος διατελεῖ τῶν πο-
λιτᾶν· ὁ δὲ ἱεροκάρυξ τοῖς Διονυσίοις ἀναγγει-
λάτ[ω] ὅτι ὁ δᾶμος στεφανοῖ Ξενότιμον Τιμοξέ-
νου ἀ]πὸ ἀργυρίου ἐκ τῶν νόμων πλείστου.
['Εψάφισεν ἁ] ἐκκλησία χειροτονίαι μεγίσταν
δ]ω[ρεὰ]ν δόμεν εὐνοίας ἕνεκεν καὶ ἐπιμελείας
ἃμ ποιεύμενος διατελεῖ κατὰ τὰ]ν τέχναν τῶν ἐν
τᾶι πόλει . . . .] ὅπως εἰδῶντι
. . . .

Quod ad tempus pertinet quo hoc decretum incisum est, nihil certi definire possumus. Tamen, e litterarum forma conjectemus ad tertium a. C. sæculum referendam esse inscriptionem; idem concludamus e quibusdam Doricis formis puræ dialecti. Ευ diphtongos pro ου scribitur : (v. 5) νοσεύντων, (v. 10) ἐποιεῦντο, (v. 18) ποιεύμενος : α ad vicem litterarum η et ω accedit : (v. 3) τὰν

τέχναν, (v. 19) τῶν πολιτᾶν; denique δόμεν pro δοῦναι (v. 23), et εἰδῶντι pro εἰδῶσι (v. 25).

Hoc titulo refertur Coorum decretum in honore Xenotimi medici incisum. Quum, post patris Timoxeni nomen, nulla adjiciatur patriæ mentio, intelligas Xenotimum Coum esse. Igitur Coorum decretum habemus in honore Coi civis latum : quod notemus.

Xenotimos ille ægris civibus semper subvenit, sed præsertim, ut videtur, quum pestilentia quadam civitas laboraret. Quam ob rem medico coronam auream populus decrevit.

Quid autem significent verba παρέχων αὐτος τὰ[ν ἰ]ά[τρευσι]ν sine dubio apparet, si Græcorum medicorum disciplinas et consuetudinem animis adverterimus. Apud veteres plerumque, unusquisque medicus non solus artem exercebat, sed a discipulis adjuvabatur, qui ægros liberæ conditionis inviserent curarentque; quum de servorum morbis ageretur, servi ejusdem in vicem mittebantur. At Xenotimos *ipse* omnes curas civibus adhibuit, quod mirum præmioque insigni dignum visum est.

Quin etiam, sponte sua (αὐτεπάγγελτος, v. 10) Xenotimos, nullo publico munere obstrictus, in ægros cives operam suam impensamque contulit; quum, privatus medicus, eos solum posset mederi quos speraret pretium tributuros, tamen augendarum fortunarum curam omisit (v. 12, 13, 14).

Eo fit ut (versu 7) hæc verba sine dubio suppleamus : καὶ τῶν ἰατρῶν τῶν [δαμοσιευόν]των ἐν τᾶι πόλει ἀρρωσστησάντων [διὰ τὰς θεραπ]είας τὰς γενομένας περὶ αὐτούς. Scilicet, quum publici medici omnes pestilentia afficerentur, Xenotimos, quamvis privatus, eorum vicem explevit, et divitibus pauperibusque promiscue, quod publicum erat officium, se devovit.

Nec mirum est quin Cos, sicut Athenæ, publici ærarii impensa medicis nonnullis mercedem dederit, qui omnem operam in curandis civibus gratuito conferrent[1]. Libenter credam multa de his rebus instituta utriusque civitatis fuisse consimilia; et in Coorum, sicut in Atheniensium Asclepieio, morbos dei ipsius miraculis potius quam medicorum opera sanatos fuisse. Quid

1. *C. I. A.*, II, 352^b « Ἐπειδὴ πάτριόν ἐστιν τοῖς ἰατροῖς ὅσοι δημοσιεύουσιν θύειν τῷ Ἀσκληπιῷ καὶ τεῖ Ὑγιείᾳ δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ὑπέρ τε αὐτῶν καὶ τῶν σωμάτων ὧν ἕκαστοι ἰάσαντο.

enim divino auxilio opus fuisset, si, intra templum ipsum, hominum curæ sacerdotalibus manibus adhibitæ, tantum valuissent? Illa rerum humanarum divinarumque confusio a veterum moribus valde abhorruisset[1]. Quare a Græcis, saltem in magnis civitatibus, cautum est, ut publicorum medicorum collegium institueretur.

Attamen non infitier multos celeberrimosque medicos in Asclepieii sacerdotali schola et didicisse et docuisse ejus artis disciplinas; sed postquam ars medendi perfectior in dies progressa est, sacerdotum privilegium esse desiit: et Asclepiadæ, aut pessimi Deorum sacerdotes, provehendæ in melius artis causa, aut pessimi medici, religionis servandæ gratia, paulatim facti sunt. Ut ut sit res, publici saltem medici non semper ex Asclepiadis delecti fuerunt; quod si ita esset, tituli gentilicii mentionem certe in decreto Coorum inscriptam videremus.

Asclepiadæ nihilominus diu famosam divinæ illius originis memoriam coluerunt, et medici præsertim tam insigni semper gloriati sunt nomine. Usque ad imperii Romani tempora propagatum est eorum gentilicium cognomen; ita, Asclepiadum e gente oriundus erat imperatoris Claudii Xenopho medicus Cous; cujus nunc cursum honorum sequi, et res gestas singillatim referre ex epigraphicis documentis nitemur: nullus enim forsan Coorum, excepto Hippocrate, clarior unquam fuit.

Jamdiu imaginem hoc Coorum æreo fictam, Xenophontis medici imperatorii esse suspicabantur Pellerin, Eckel et Visconti[2], quamvis nullo indicio nisi inscripto nomine agnosci posset Asclepiades ille quem Tacitus in *Annalibus* inducit (XII, 61). « Retulit dein de « immunitate Cois tribuenda, multaque super antiquitate eorum « memoravit: Argivos, vel Cœum Latonæ parentem, vetustissimos « insulæ cultores; mox adventu Æsculapii, artem medendi illatam « maximeque inter posteros ejus celebrem fuisse, nomina singu- « lorum referens, et quibus quisque ætatibus viguissent. Quin « etiam dixit Xenophontem, cujus scientia ipse uteretur, eadem « familia ortum, precibusque ejus dandum ut omni tributo vacui « in posterum Coi sacram et tantum Dei ministram insulam cole-

1. Paul Girard, op. cit., p. 33-36, 83-87.

2. Pellerin, *Rois*, p. 106. — Eckhel, *Doctr. Num. vet.*, II, 599. — Visconti, *Icon. gr.*, I, 282.

« rent. Neque dubium habetur multa eorumdem in populum « Romanum merita sociasque victorias potuisse tradi; sed Clau- « dius, facilitate solita quod uni concesserat, nullis extrinsecus « adjumentis velavit. »

Idem consensit Rayet, lecto in duobus titulis C. Stertinii Xenophontis cujusdam nomine[1]:

23.

Τιβέριον Κλαύδιον, Ἡρακλείτου
υἱόν, Κυρ(είνα), Κλεώνυμον, τὸν ἀ-
δελφὸν Γαΐου Στερτινίου
Ξενοφῶντος, χειλιαρχή-
σαντα ἐν Γερμανίαι λεγεῶ-
νος Κ Β Πριμιγενίας, δὶς μο-
ναρχήσαντα, καὶ πρεσβεύ-
σαντα πολλάκις ὑπὲρ τῆς
πατρίδος πρὸς τοὺς Σεβασ-
τούς, Κλαυδία Φοίβη
τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα καὶ εὐεργέ-
την, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας.

Hac dedicatione referuntur publica Cleonymi munera; sed ante omnia fratre C. Stertinio Xenophonte gloriatur; bis tamen primus Coorum magistratus, μόναρχος fuerat; eumdem sæpe cives Romam legatum pro patria miserant; civitate romana donatus, tribunus militum meruerat stipendia. Igitur Stertinius ille Xenopho procul dubio vir insignis inter Coos habebatur; etenim in alio titulo idem amicus Cæsaris, Augusti, Claudii, amicus patriæ nuncupatur[2]:

24.

Θεοῖς πατρῴοις ὑπὲρ ὑγείας
Γαΐου Στερτινίου, Ἡρακλείτου
υἱοῦ, Ξενοφῶντος, φιλο-
καίσαρος, φιλοσεβάστου,
φιλοκλαυδίου, δάμου υἱοῦ,
φιλοπάτριδος, εὐσεβοῦς,
εὐεργέτα τᾶς πατρίδος.

1. O. Rayet, *Inscr....*, etc., nº 3, p. 8 et 9.

2. Ibid.

Jam autem verbum « Φιλοκλαυδίου » nova nobis argumenta suppeditat. Xenopho enim cujus in honore hæc dedicatio incisa est, æqualis certe erat Claudii imperatoris (nec de duobus medicis agitur, qui in Co insula inclaruerunt tertio aut quarto a. C. sæculo [1]).

Duobus aliis inscriptionibus designatur et idem Xenopho medicus. Quarum una (*C. I. G.* n° 6,844, incert. loc.) in Co insula certe inventa fuit, quod manifestum videtur e verbis « Θεοῖς πατρῴοις ὑπὲρ ὑγείας. . . . [2] » :

25.

Θεοῖς πατρῴοις,
ὑπὲρ ὑγείας Γαΐου
Στερτινίου, Ἡρακλί-
του υἱοῦ, Ξενοφῶν-
τος, φιλοκαίσαρος,
φιλοκλαυδίου, φιλο-
σεβάστου, δάμου
υἱοῦ, φιλοπάτριδος,
εὐσεβοῦς, εὐεργέτα
τᾶς πατρίδος.

Præterea consimilem inscriptionem de eodem Xenophonte in urbe Co invenimus.

26.

Co, in pictoris Theodoros domo, ubi etiamnunc exstat.

Θεοῖς πατρῴοις
ὑπὲρ ὑγίας Γαΐ[ου
Στερτινίου, Ἡρ[ακλίτου
υἱοῦ, Ξενοφῶν[τος,
φιλοκαίσαρος, φ[ιλοκλαυ-
δίου, φιλοσεβάσ[του,
δάμου υἱοῦ, φιλο[πάτρι-
δος, εὐσεβοῦς, [εὐεργέ-
τα[ς] τᾶς πατρίδ[ος.

1. Fabricius, *Bibl. gr.*, t. XIII, in interpretando erravit. Cf. commentarium in Rayet, *Inscr....*, etc., p. 12.

2. Sed mendosa est in *C. I. G.* transcriptio : Στερτινίου Ἡρακλίτου, υἱοῦ Ξενοφῶντος. — Scribendum est : Γ Στερτινίου, Ἡρακλίτου υἱοῦ, Ξενοφῶντος.

Verisimile est Coum illum civem, cujus in honore tres incisæ sunt dedicatoriæ inscriptiones, quo patrono frater et civitas ipsa gloriantur, insignibus officiis et in patria et apud Romanos functum fuisse.

At facti ipsius mentionem inveni in titulo hoc Calymnio, quem Ross partim solum legerat; sic autem integra apparet inscriptio, sublatis lapidibus qui posteriorem partem et verba insignia « ἰατροῦ Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος » velabant.

27.

Kalymno, in ara ecclesiæ Christi, id est, in situ ipso templi Apollinis Calymnii et Panaceæ, ubi etiamnunc exstat.

Ὁ δᾶμος ὁ τῶν Καλυμνίων
ἐτίμασεν Τιβέριον Κλαύδ-
ιον, Ξενοφῶντος υἱὸν, Φιλῖ-
νον, τὸν θεῖον Γαΐου Στερ-
τινίου, Ἡρακλίτου υἱοῦ, Κορ-
νηλίᾳ, Ξενοφῶντος ἰατροῦ
Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος,
χειλιαρχήσαντα.

Marmori, quo inscribitur titulus, impositum erat signum in honore Ti. Claudii Philini, tribuni militum, dicatum. Qui non solum tribunatum militarem notandum curat, sed et cognationis vinculum cum Xenophonte imperatoris medico. Xenopho, ut videtur, principis favorem adeptus, suorum non est oblitus; videlicet Ti. Claudius Cleonymos et Ti. Claudius Philinos a Claudio imperatore jure civitatis sunt donati, quod beneficium illa ætate raro conferebatur : ambo tribuni militum stipendia meruerunt.

Xenophontis ipsius « cursum honorum » nunc novimus. Ejus enim honores et sacerdotia enumerantur in hac, quam apud Pili oppidum inveni, inscriptione :

28.

In loco, cui nomen Khiragomas, in agro Antoni Tsari.

. . . . . . [Τιβέριον Κλαύδιον]
Ἡρακλείτου υἱὸν, Κορνη-
λίᾳ, Ξενοφῶντα τὸν

ἀρχιατρὸν τῶν Θεῶν Σεβαστῶν, καὶ ἐπὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἀποκριμάτων, χειλιαρχήσαντα καὶ ἔπαρχον γεγονότα τῶν ἀρχιτεκτόνων, καὶ τιμαθέντα ἐν τῶι Βρεταννῶν θριάμβωι στε[φ]α[νωι χρυσέωι καὶ δόρατι, δάμ[ου υἱόν, φ[ιλονέρων]α [1], φιλοκαίσαρα, φιλοσ]έβαστον, φιλοφώμαιον, φιλόπατριν, εὐεργέτην τῆς πατρίδ]ος, ἀρχιερέα τῶν Θεῶν καὶ ἱερέα[διὰ βί]ου τῶν Σεβαστῶν καὶ Ἀσκλαπίου Ὑγίας καὶ Ἠπιόνης, ἱεροταμ[ιε]ύοντος Μάρκου Σεπ[τ]ικίου, Μάρκου υἱο]ῦ, Ῥούφου καὶ Ἀρίστωνος τοῦ Φιλοκλέους φιλοκαισάρων.

Xenopho igitur, priusquam imperatoris medicus fieret, in exercitu Romano stipendia fecit. In Britannico bello, præfectus fabrum « ἔπαρχος τῶν ἀρχιτεκτόνων » meruit [2]. Cui, ob triumphos de Britannis [3], Claudius decrevit « coronam auream et hastam puram », virtutis præmia.

Idem ille medicus, quum mors Claudii immineret, conjurationis fuit particeps qua Neroni principatus ab Agrippina parabatur. (Tacit., *Annal.*, XII, 67). « Exterrita Agrippina, et quando ultima « timebantur, spreta præsentium invidia, provisam jam sibi Xeno- « phontis medici conscientiam adhibet. Ille, tanquam nisus evo- « mentis adjuvaret, pinnam rapido veneno inlitam faucibus ejus « demisisse creditur, haud ignarus summa scelera incipi cum « periculo, peragi cum præmio. »

---

1. Versu 12, consulto erasum est unum verbum, cujus prima littera videtur esse φ, ultima autem certe α. Supplevi φ[ιλονέρων]α, quod epitheton, mortuo Claudio, Xenopho, ut opinor, pro φιλοκλαύδιον scribi jusserit.

2. Sæpius in Græcis inscriptionibus, « præfectus fabrum » ἔπαρχος τῶν τεχνιτῶν nuncupari solet.

3. ἐν τῷ Βρεταννῶν θριάμβῳ = ob triumphos belli Britannici. Cf. *C. I. L.*, III, 359 : « ob triumphos belli Dacici ».

A Tacito accusatio delata adversus Xenophontem, novis argumentis ex hac inscriptione sumptis confirmatur. Etenim in Calymnio titulo (n° 27, cf. supra), Xenopho uno adhuc censetur munere « ἰατρὸς Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος ». At « in cursu honorum » duplici apud Cæsarem fungitur officio : « ἐπὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἀποκριμάτων », scilicet « ab epistulis Græcis », et « ἀρχιατρὸς τῶν Θεῶν Σεβαστῶν », « princeps medicus imperatoriæ familiæ ». Quæ videlicet fuerunt sceleris præmia. Et Xenopho, non Andromachos, primus illo « ἀρχιατροῦ » munere est ornatus[1]. Verisimile est, Andromachon Xenophontis tum in locum successisse, postquam Agrippinam Nero occidi jussit : forsan Asclepiades medicus non satis ad principis nutum religioni suæ moderatus est, quam ob rem apud Neronem offendit.

In posteriore inscriptionis parte ejusdem sacerdotia enumerantur : Xenopho erat apud cives suos « sacerdos divorum et flamen perpetuus Augustorum[2] », denique patriorum Deorum sacerdos.

Ex eadem Asclepiadum gente, frater Xenophontis, pariter, ut conjectavit R. Briau, medicus imperatorum fuit. Quod testari videtur Plinius (*Hist. Nat.*, XXIX. 5) : « Q. vero Stertinius imputa-
« vit principibus, quod H. S. quingenis annuis contentus esset :
« sexcena enim sibi quæstu urbis fuisse numeratis domibus osten-
« debat. Par et fratri ejus merces a Claudio Cæsare infusa est :
« censusque, quanquam exhausti, operibus Neapoli exornata,
« heredi H — S ccc reliquere. » Mirer Xenophonti tantas divitias solum ex arte Hippocratica subvenisse ; nec dubium quin Agrippina tanti sceleris conscio homini liberaliter gratias egerit.

Incertum, utrum Xenopho usque sub exitu vitæ in Italia permanserit, an in patriam sit reversus. Verumtamen tam clari civis in honore monumentum funebre Coi ædificaverunt, cujus marmorea fragmenta magnificentiam, impensamque civitatis non modicam, testantur :

---

1. Cf. Daremberg et Saglio, *Dict. des ant. gr. et rom.*, ἀρχιατρός.

2. Cf. Ern. Desjardins, lettre à M. Héron de Villefosse (*Revue de Philologie*, t. III, année 1879) : « Le Culte des *Divi* et celui de Rome et d'Auguste. »

29.

Co, non procul a veteris theatri situ; ad fontem marmoreum qui ejusdem monumenti fragmentis exstructus est et ornatus; in epistylio legimus hanc inscriptionem, Xenophontis medici epitaphium:

Γαΐῳ Στερτινίῳ, Ἡρακλείτου [υἱῷ, Ξενοφῶ]ντι, ἥρωι, τῷ τᾶς πατρίδος εὐερ[γέτᾳ, μνείας] χάριν.

E documentis, quæ supra prolata sunt, Asclepiadum gentis successionem partim recognoscere licet:

Xenopho.

Heraclitos		Ti. Claudius Philinos
Q. Stertinius...... imperatorum medicus	C. Stertinius Xenopho Claudii imperatoris medicus	Ti. Claudius Cleonymos Claudiæ Phœbes conjux.

Quibus autem temporibus stirpem ementiri non arduum erat; at per tot sæcula fama gentis illius Asclepiadum divinæ, aut vera aut mendax, adeo insignis perstiterat, ut vel imperatorum romanorum amici, auctoritate et opibus præpotentes, tam gloriosa origine superbirent.

Zeus. — Pater ille et princeps Græcorum Deorum, multis nominibus in Co insula nuncupabatur; paucissima de hujus cultu accepimus.

I. — Ζεὺς φράτριος. — Hunc colebat Euryanactidum gens, de qua in Doriensibus civitatibus frequens fit mentio[1].

30.

In horto Anast. Platanistis medici legimus, ubi etiamnunc exstat; marmor insertum est pavimento veteris ecclesiæ Hagh. Joannis.

[Δ]ιὸς Φατρίο[υ][2] Ἀθαναίας Εὐρυανακτ[ι]δᾶν.

In gentilicio ejusdem gentis sacrario colebatur et Athene[3].

---

1. Cf. Rangabé, *Antiquités helléniques,* 1194.

2. Doriensis forma verbi « φρατρία » sæpius πάτρα scribitur; sed occurrunt quoque exempla verborum « φατρία » et « φατριάρχης » in eadem dialecto (Pape, *Dict. gr.,* φατρία.).

3. Cf. de communi Jovis et Athenes cultu, *Mittheil. archæol. Instit.,* t. II, p. 186.

II. — Ζεὺς Ἱκέσιος. — Hic cultus gentis Simonidum proprius erat, quod manifestum videtur ex inscriptione eodem loco inventa :

31.

Διὸς Ἱκεσίου Σιμωνιδᾶν.

Cognomen « Ἱκέσιος » Jovi additum sæpe veterum in libris occurrit sicut et in epigraphicis titulis[1].

III. — Ζεὺς Πολιεύς. — Quo nomine designabatur urbis Κῶς patrium propriumque numen, ut ex ipsa epitheti significatione apparet[2].

IV. — Ζεὺς Ὑέτιος. — De hujus numinis origine quod sodalicium in Antimakhia venerabatur, jam supra diximus (cf. supra inscr. n° 14).

Ἥρα. — Athenæus, testimonium referens scriptoris Macarei qui de Cois peculiarem librum condiderat nunc deletum, narrat Heran (Ἥραν) in Co insula eximie fuisse honoratam ; in sollemnibus deæ festis, quum cives convivio assiderent, religiose cavebatur ne quis servus templum ingrederetur ciborumve partem attingeret[3].

« Φησὶ γὰρ Μακαρεὺς ἐν τῇ τρίτῃ Κωακῶν, ὅτι ὁπόταν τῇ Ἥρᾳ
« θύωσιν οἱ Κῶοι, οὔτε εἴσεισιν εἰς τὸ ἱερὸν δοῦλος, οὔτε γεύεταί τινος
« τῶν παρασκευασμένων. »

Utrum Epidauro an Argis coloni cultum Hêras Con attulerint ignoramus ; tamen verisimilius videtur Argis oriundos esse deæ ritus, quum eam Argivi imprimis colerent[4].

In ætatis Romanæ quodam titulo, Dea « Οὐρανία » cognominatur :

32.

In Dim. Platanistis domo legimus, ubi etiamnunc exstat.

Ἥρᾳ Οὐρανίᾳ Κοίλιος Ποσειδώνιος.

Ἀθᾶνα. — Athanæ quotannis Coi novem virgines sacrare

1. Cf. *Bull. de corr. hellén.*, t. III, p. 472.

2. Cf. Rayet, *Inscr....*, etc., n° 2. « ἱερατεύσαντα... Διὸς πολιέως. »

3. *Athen.*, VI, p. 262 ; XIV, p. 639.

4. O. Müller saltem hujus est opinionis particeps.

solebant, quæ 'Αγρέται dicebantur[1]; in titulo jam supra transcripto (cf. inscr. n° 17) agitur de sacris Athanas Poliados. Deæ sacerdotes ovem mactabant «'Αθαν]ᾶι Πολιάδι οἶν τε[λείαν].

Demeter. — Publico simul cultu et privatis cærimoniis Coi huic Deæ litabant. Habebantur publica sacra in templo cujus mentio solum ad nos pervenit (το Δαμάτριον, cf. supra, inscr. n° 11); at Thalysia sollemnia, quæ in septimo Theocriti idyllio depinguntur, privatorum impensis erant instituta.

Templum in loco dicto « ἐν Σιτέᾳ » situm erat (cf. supra, inscr. n° 11); quæ autem Urbis pars Sitea vocata fuerit, nos fugit omnino.

Nymphæ. — Nympharum sacra apud Coos jam inde antiquitus fuisse illata liquet e Plinii testimonio qui diversa insulæ nomina enumerat: « Nobilissima autem in eo sinu Cos..... ut plures exis-« timant, Merope vocata : Cea, ut Staphylus : Meropis, ut Dionysus : « dein Nymphæa[2] ». In plerisque autem Græciæ civitatibus Nympharum cultum privati suscipiebant. At in Co tributa iisdem sacra dicata sunt; argumento sit hæc inscriptio :

33.

Co (Khôra). In M. Joannidis domo perlegimus, ubi etiamnunc exstat.

Τοίδε ἐστεφανώθην ἀρχεύσαντες καὶ τὰ ἱερὰ ἐχθύσαντες κατὰ τὰ πάτρια ταῖς Νύμφαις καὶ δεξάμενοι το(ὺ)ς φυλέτας ἀξίως τᾶν Θεᾶν, Χάρμιππος Χαρμοκλεῦς, Διοκλῆς 'Επινίκου, Νικήρατος Νικοστράτου, Χαρμίδας Αἰνησία, Διοκλῆς 'Αρχεδάμαντος, Λύκαιθος Αἰνησία, Τελέσιππος Παρμενίσκου, Διοκλῆς 'Απολλοδώρου, Παρμενίσκος Χαριδάμου, Νικήρατος Νικηράτου, Δράκων Θράσωνος, 'Αρισταγόρας Σίμου, Λύκαιθος Παρμενίσκου, 'Αρισταγόρας Διοκλεῦς, 'Επίνικος 'Αρισταγόρα, Πυθίων 'Αρκεσίλα, Παναμύας Μαιδάτα, Τίμαρχος 'Αριστογένου, Τελέσιππος 'Αριστίππου, Νικηφόρος Νικηράτου, Χάρμιππος Παρμενίσκου, 'Αρχίδαμος 'Αρίστωνο[ς], Φιλοκλῆς Τεισάρχο[υ] το[ῦ] 'Ηρακλείτου, Χαρμοκλῆς Χαρμίππου, Θεύδοτος Παναμύα.

1. Hesychius, ad verbum 'Αγρέται.
2. *Hist. nat.*, V, 36.

Hæc inscriptio incisa est tertio a. C. sæculo; etenim eadem nomina, Χάρμιππος Παρμενίσκου et Λύκαιθος Παρμενίσκου, occurrunt quæ et in alio titulo (cf. supra n° 14). Et dialecti doricæ ejusdem ætatis apparent indicia : (v. 1, ἐστεφανώθην. — v. 4-5, τᾶν Θεᾶν. — v. 2, ἐχθύσαντες).

Monumentum in honore sacerdotum erectum est (ἀρχεύσαντες) qui, officiis liberaliter functi, præmium contribulium decreto datum, coronam acceperunt.

Sacra Nympharum tributa, secundum patrios, scilicet vetustissimos ritus (κατὰ τὰ πάτρια, v. 2) celebrata fuisse in Co insula constat.

Adrasteia et Nemesis. — Duobus his numinibus, quæ sæpe inter se confunduntur, Coi cultum tribuebant; sed quibus cærimoniis, quibus victimis litaretur, omnino ignoramus, quum inscriptio una, qua referuntur dearum nomina, valde mutila sit :

34.

In Dim. Platanistis domo exscripsimus, ubi etiamnunc exstat.

. . . .
. . ς καθίζοντες
. . ν πεντήκοντα καὶ
θυέτω καὶ τῶν ἐλευθέ[ρων
καὶ τοὶ ταμίαι καὶ δελτο
ἐ]π' ἐλευθέρωσιν μηδὲ ποι. . .
τ]ᾶς ἀπολυτρώσιος αἴ κα μὴ ὁ ἱερ[εύς
θ]υσίαν ἐπιτετελέσθαι ἢ ὀφειλ. . .
ἱερὰς 'Αδραστείας καὶ Νεμέσιος
αι τὸν ἱερῆ κατὰ τὰ νομιζόμενα
κα]τασκευάξαι καὶ ἀναγράψα[ι
τ]ὸν ἀποδειχθησόμενον
τ]ὰν τελετὰν τοῦ ἱερέω[ς
ἀν]αγραφὰς τοὶ ταμίαι
ἄλ]λας δαπάνας, ὁ δὲ
τοῦ εὑρέματος
μηνὶ] 'Αλσείωι τῶι ἐ[πὶ
μηνὶ Βαδρο[μίωι
μ]ηνὶ Πα[νάμωι

Quantum dijudicari potest, hoc in decreto cujus fragmenta trunca invenimus, agebatur de sacrorum impensis ac de sacerdotum ærarii curæ præpositorum officiis.

Dionysos. — Dionysos, sicut Nymphæ, inter vetustissima insulæ numina est annumerandus ; refert enim Plinius (*loc. cit.*) ejus priscum nomen « Μέροπις » e dei cognomine fuisse ductum [1] :

> Ὠγυγίην δ' ἤπειτα Κόων Μεροπηΐδα νῆσον
> Ἵκετο.

Præterea, tertio a. C. sæculo, Dionysi in honore Magni ludi celebrabantur; more quoque erat in patrio positum, ut præco « primis Dionysiis », in theatro pronuntiaret quæ ab amicis populis præmia Cois decreta fuissent (cf. supra, in Halicarnassensium decreto, inscr. n° 1, v. 16).

Pan. — Panos ædem Coi voverant in insulæ regione cui nomen « δῆμος Ἱππιότων » [2].

Duodecim dii. — Quorum cultum Coi exstitisse ex epigraphicis documentis discimus, at nihil amplius [3].

Serapis. — Postquam Orientalia numina Græciam invaserunt, idem Cois accidit. Serapis in Halasarna a privatis sodaliciis cultum videtur accepisse [4].

Sacra imperatorum aut clarorum virorum in honore instituta. — In Co insula, Romani imperii temporibus, sicut in cætera Græcia, sacra, ludosque publica impensa cives instituerunt. Ita, ut supra diximus, Xenopho medicus sacerdos Divorum, et flamen perpetuus Augustorum erat (cf. supra, inscr. n° 28).

Ludi Caligulæ imperatoris in honore celebrabantur (cf. supra, inscr. n° 3), Καισάρηα τιθέμενα Γαΐωι Καίσαρι. In eodem titulo occurrit et mentio Agrippeorum ludorum. Utrum vero M. Vipsanii Agrippæ, an Agrippæ Judæorum regis nomen, his ludis designetur, incertum est. Uterque enim Cois non parva beneficia contulit.

Igitur, ex illa de Coorum numinibus dissertatione colligemus,

---

1. Callimach., *Hymn. Del.*, v. 160.
2. Cf. *Bull. de corr. hellén.*, V, p. 199.
3. Πανδώρα, XIX, n° 435, p. 42 et 43, et Rayet, *Inscr....*, etc., n° 2.
4. Rayet, *Mém. sur l'île de Kos*, p. 111.

eosdem in insula viguisse cultus atque in cætera Græcia. Illud enim singulare in totius Græcæ gentis ingenio insitum semper fuisse videtur, ut diversorum populorum instituta, mores, religionem, cum quibus aliquid rationis, vel belli, vel pacis artibus, habuerit, sensim et continuo tenore acciperet; idem et facilius contigit, quum inter varias ejusdem Græcæ originis gentes, consuetudines intercederent. Itaque, Dorienses coloni aliquid e Carum religionibus retinuerunt; neque ipsi tam dissimilem a cæterorum Græcorum sacris cultum insulæ intulerunt. Quod factum liquet ex omnibus exemplis quæ supra exprompsimus.

CAPUT III.

De sacerdotibus.

Sacerdotum Coorum nomina quædam novimus, at de eorumdem officiis perpauca.

Μόναρχος. — Magistratus simul ac sacerdos videtur fuisse Coorum eponymos rex; sæpissime enim juxta sacerdotes in epigraphicis titulis inscribebatur[1]; verisimile est, propter ipsius nominis significationem, expulsis regibus, sacerdotalia eorum officia eponymo regi (μονάρχῳ) in nova republica fuisse delata[2].

Ἱερεύς, sicut in omnibus Græciæ civitatibus, sacris rite faciendis præerat.

Ἱεροποιοί. — Quo nomine non sacerdotes solum designabantur, sed et « quicunque civium sacrificabant » vel privatim[3].

Ἀρχεύοντες, ἐπιμήνιοι, ἐπιμηνιεύοντες. — Quorum alii, ut ex ipso verbo liquet, quoque mense eligebantur, alii autem, quoque anno. Omnibus idem munus indicebatur, scilicet, ut pecunias sacris et conviviis celebrandis suppeditarent; quare tale munus divitibus plerumque mandabant cives[4].

---

1. Rayet, *Inscr....*, etc., nº 2 et nº 11.
2. Ibid. cf. commentarium, nº 2, p. 7 et 8.
3. Cf. ibid., p. 26.
4. Cf. supra, nºs 13, 14, 20, 33.

Νάποιαι[1], Ταμίαι, Ἱεροταμίαι. — « Quæstores », aut « sacri quæstores ». — Ad eos pertinebat sacri ærarii cura et tractatio ; Coorum enim deorum æraria sacerdotes omnibus modis ditare conabantur, sicut et Apollinis Delii in templo ἱεροποιοί[2]; e duobus epigraphicis monumentis colligimus sæpe sacram pecuniam fœnori datam esse.

35.

In ecclesia Haghiæ Triadæ, in oppido Antimakhia, exscripsi.

στά-
λα]ν λιθίναν το[ὶ ταμίαι
τοὶ αἱρεθέντες ἐπὶ τὰν
συναγωγὰν τῶν χρημά-
των καὶ ἀναθέντω ἐς τὰν
προστάδα τοῦ ναοῦ, τὸ δὲ
ἀνάλωμα τὸ γενόμενον
ἔς τε τὰν στάλ[αν] καὶ τὰν
ἀναγραφὰν ἔστω.....
τὰν ἐνάταν ποσῶν τοῦ
Θεοῦ χρημάτων.

Titulus ad tertium a. C. sæculum litterarum propter formam referri sine dubio potest: in quo agitur de ærarii cujusdam sacri administratione. « Quæstores », quibus assignatur cura colligendarum Dei pecuniarum, jubentur, quantum e priore mutilæ inscriptionis parte interpretari licet, rationes earum pecuniarum perscribere, « stelamque » qua perscriptæ sunt, in vestibulo templi ponere. Conjectem vero in ultimis tituli verbis quibus de nona sacrarum pecuniarum parte agitur, de fœnore aliquid decerni. Forsan mandatur quæstoribus cura dandi fœnori nonam illam divinarum opum partem. Aliquid enim simile in alio titulo animadvertendum, cujus hæc verba sunt :

---

1. De his nihil in universum concludi potest; etenim in decreto Halasarnensi (cf. supra n° 10), Νάποιαι, non solito, sed extraordinario funguntur officio.

2. Homolle, *Comptes des hiéropes du temple d'Apollon Délien*, in *Bull. de corr. hellén.*, VI, p. 1-167.

36.

In ecclesia Haghiæ Marinæ, in vicinia Antimakhiæ exscripsi.

οι . ἱε . ανδι
τὸ κυρωθὲν ἐπ' Ἀριστοφάνευς. . . . . .
δε]κάται Κλεινὸς Κληναγόρα Μικίω[ν . .
. . . δάμου εἶπαν. Ἐπειδὴ Φίλιστος Φιλίστου
. . . . ίας Ἀριστοκλείδα γενόμενοι ἱεροταμ[ίαι
πο]λλὰς καὶ μεγάλας παρεσχῆνται χρείας
τ]ῶι δάμωι τῶν τε χρημάτων ὧν ὤφειλε Ἀπολ. . .
ἀ]ποδοθέντων ἐπὶ τᾶς αὐτῶν ἀρχᾶς προενόη-
θη]σαν ὅπως δανεισθῇ ἐπὶ ὑποθέμασιν ἀξιοχρέοις,
χ]ρήματά τε ἐκ τῶν ἰδίων προεισήνεγκαν ὅπως
ἂν] ταὶ πόθοδοι ἐπαυξηθῶντι τῶι δάμωι καὶ ταὶ
θυ]σίαι συντελῶνται τοῖς θεοῖς καὶ ταὶ ὑποδοχα[ὶ
τῶν δαμόταν ταὶ γινόμεναι κατ' ἐνιαυτὸν,
ὅ]τε ἱερεὺς καὶ τοὶ ἱεροποιοὶ συντελῶντι
τὰς] θυσίας κατὰ τὰν ἱερὰν διαγραφὰν τοῖς τε
ἄλ]λοις ἱερεῦσι καὶ ἱερείαις οἵ ἐντι δαμοτελ[εῖς
. . . . τούς ἀπέδωκαν ὅπως. . . . . .

Hoc decreto populus quæstoribus sacri ærarii gratias agit, quod datis fœnori templi pecuniis, eximia pignora acceperunt « ὅπως δανεισθῇ ἐπὶ ὑποθέμασιν ἀξιοχρέοις » : ipsi privatis donis ærarii opes auxerunt (v. 10 et 11).

Cavendum enim erat ne fraudulentis pignoribus deluderentur quæstores, neve, malo fœnori condonatis deorum opibus, ærarium exhauriretur. Quare pœnæ graves constituebantur, si quis negligentior solidum solvere, stata die, denegabat; curamque adhibebant impigram sacerdotes, ut mutuati pecuniam cives ad diem responderent. Quod ex hoc decreti fragmento constat :

37.

In Sheriff-bey horto marmor inventum est; nunc in ejusdem domo (Khora) exstat muro exteriori insertum : raras ægre

litteras exscripsi; pars enim inscriptionis media omnino aquis erosa est.

['Επὶ . . . μο] Ν Α Ρ Χ Ο Υ . . . .
. . . . . Δ Ε Κ Α Τ Α Δ Ε . . . .
. . . . Τ Α Γ Ο Σ Ν Ι Κ Α Ν . . . .
. . . . Ν Δ Α . . . .
. . . . Ε Υ . . . .
Ε Υ Α Ρ Ο . . . .
Τ Α Ν Ι . . . . Λ . . Ε Ρ Ο
Μ Η Ν Ο Σ [ἀ] Δ Σ [είου] . . . . . [π]Ρ Ι Α Μ Ε Ν . . .
Ε Σ Τ Ω Ι Υ Γ . . . . Ν Ε Ω Τ Ε Ρ Α
Ε Τ Ω Ν Δ Ε Κ Α Ι . . . Τ . . . . [κ]Α Τ Α Β Ο Λ Α Σ
Δ Ε Π Ο Ι Η Σ Ε Ι Τ Α . . Ο Υ . . . . . . Τ Α Ν Μ Ε Ν
Π Ρ Α Τ Α Ν Ε Ν . . . . . . Τ . . . . . Τ Ο Υ Ε Ν [εσ]
Τ Ω Τ Ο Σ Μ Ο Ν Α Ρ Χ [ου] . . . . . . Κ Α Δ Ο Σ Τ Α [ν]
Δ Ε Δ Ε Υ Τ Ε Ρ Α Ν . . . . Α Ι Δ Ε Κ Α
Τ Ο Υ Γ Ε Ρ Α Σ Τ Ι Ο Υ . . . . . . Ε Ν Ε Σ Τ Ω Τ Ο Σ
Μ Ο Ν Α Ρ Χ Ο Υ Ε Π . . . . Α Σ Α Ι . [δὲ]
Κ Α Μ Η Κ Α Τ Α Β Α . . . . Ν Ε
Τ Ω Ι Γ Ε Γ Ρ Α Μ Μ Ε [νωι] . . . . Ν Τ Ο Ι
Π Ρ Ο Σ Τ Α Τ Α Ι Κ Α Ι Τ . . . . Α . Σ Α [σ]
Θ Α Ι Δ Ι Π Λ Α Σ Ι Ο Ν Τ Α Ν . . . . Α Τ Ο
Τ Ο Δ Α Ν Α Λ Ω Μ Α Τ Ε Λ Ε . . . . . . [ὅ] Π Ω Σ Δ [ὲ]
Τ Ε Λ Ε Σ Θ Η Ι Α Ι Ε Ρ Ε Ι Α . . . . Τ Ω Λ .
Ι Α Ι Α Π Ο Μ Ι Σ Θ Ω Σ Α Ν Τ Ω . . . . . Ι Ε Ρ Α Υ Φ .
. . Α Ν Α Π Ο Δ Ε Ι Ξ . . . . Α Α Λ . .
Ε Ρ Α Σ Θ Α Ι Μ Η Δ . . . . Ο Π Ω Σ .
. . . Α Ν Η Α Ν Κ Α Ι . . . . Δ Ι Α Μ .
Α Ι Δ Ε Τ Ι Σ Κ Α Π Α Ι Δ . . . . Ι Ε Ξ Ε Σ Τ Ω
[τ]Ω Ι Κ Υ Ρ Ι Ω Ι Τ Α Σ . . . . Ρ Η Ζ .
. Ι Ε Σ Α Γ Γ Ε Λ Α Ε . . . . Σ Α Ν Κ [α]
[τα] Δ Ι Κ Ε Υ Σ Α Ν Τ Α Ε . . . .
. . Δ Ι Κ Ε Ι Ν Τ Ε Λ Ε Υ . . . . Α Τ . . .
Υ Φ Τ Ο Υ Τ Ο Δ Ε . . . . Α Ι . . .
. Α Ν Τ Ο Σ Τ Ο Δ Ε . . . . Α Ν Ο Ι . . .
. Δ Ο Υ Σ Α Ν Τ Ο . . . . Η Ν . . .

ΜΗΑΠΟΤ . . . . Ε . . Ε . . .
ΕΝΕΧΘ . Μ . . . . ΡΕ . . .
ΤΟΝΔΙΟΝΥ[σον] . . . . Α . . . .
ΑΠΟΔΙΣΤ . . . .

E nonnullis verbis intelligere licet quo consilio decretum hoc latum fuerit. Agitur enim de sacri cujusdam ærarii, non publici (v. 22), verisimiliter de Dionysiaci ærarii (v. 37) administratione. In priore documenti parte (v. 1-16) statuuntur tempora quibus pecunia quæstori solvenda sit. Inde in posteriore, irrogantur pœnæ illis qui solvendis pecuniis defuerint (v. 16, αἰ δὲ κὰ μη καταβαλ... — v. 19-20, ... ασασθαι διπλάσιον — v. 27, αἰ δὲ τις... ἐξέστω [τ]ῶι κυρίωι τας... — v. 30, τὰ δικεύσαντα —).

CONCLUSIO.

Non nobis opus esse arbitror de Co insula in universum concludere, cum attingere non susceperimus quidquid ad Coorum historiam pertinet. Satis sit, quæ supra disputata sunt, breviter contrahere. De insulæ oppidis primum disseruimus, et dedimus operam ut eorum situm, cum ex alienis studiis, tam ex nostra investigatione, quam diligentissime describeremus. Propositum deinde nobis fuit indicare quibus in locis monumenta templaque præsertim, sive in Co urbe, sive in cæteris oppidis exstiterint. Quæ omnia quominus percenseremus et detegeremus impedimento fuerunt temporis angustiæ aliaque multa quorum jam mentionem fecimus. Cum tamen insulam sæpenumero perlustraverimus, indicia nobis colligere contigit quibus suspicari licet nonnulla monumenta in lucem eruenda superesse, quæ spero fore ut olim a nostris Gallicæ Athenis scholæ sodalibus deprehendantur.

Novis quoque documentis comperimus, Dorienses colonos in tres tribus quondam descriptos, ad tertium a. C. sæculum usque trifariam divisos, si saltem religionem et sacra respicias, perstitisse. Quæ certis indiciis innixa, non tamen ita augere et amplificare velimus, ut contendamus, quemadmodum O. Müllero de rebus gestis Græcorum in universum affirmare placuit, totam ex hac tribuum descriptione Coorum historiam pendere.

Ex epigraphicis monumentis illud præsertim inferre mihi datum est, quæ præcipuo honore numina Coi habuerint, quibus sacris usi sint, quæ sacerdotum collegia fuerint, quomodo illi sacerdotes tum sacrum ærarium, tum religionum cærimonias procuraverint.

Nobis igitur, ut colligam, solum in animo fuit aliquid novi doctorum scriptorum libris, qui antea in iisdem studiis versati sunt

adjicere. Jamdiu e Coorum monumentorum ruinis subvenit historicorum laboribus nova materies ; et ipse expertus sum nullo Græcarum regionum (non dico Græciæ) loco, exceptis Athenis, tantam novorum documentorum messem in abdito terræ jacere. Felix si quid, ad excitandam e ruderibus Græcæ antiquitatis historiam, ipse contulerim.

Vidi ac perlegi :

Lutetiæ Parisiorum, in Sorbona, Pridie Nonas Februar. ann. MDCCCLXXXIV, Facultatis Litterarum in Academia Parisiensi Decanus,

A. HIMLY.


Typis mandetur :

Academiæ Parisiensis Rector,

GRÉARD.

Nancy. — Impr. Berger-Levrault et C^ie.

URBIS (Χώρας) REGIO IN QUÂ PLURIMA VETERUM MONUMENTORUM FRAGMENTA INVENTA SUNT.



Lith. Berger Levrault et C^{ie} 779


URBIS (Χώρας) DESCRIPTIO AD EXPLORANDOS VETERUM MONUMENTORUM SITUS.[1]



Lith. Berger-Levrault et Cie 805

[1] Hanc tabulam in universum modô descripsi, quum sæpe militaris Turcarum præfectus, ne plura colligerem documenta, vetando prohibuerit.


27°
50
Cap Mastikhari
Hag Giorgios
Leizos R.H.
Andimakhia
Ἀντιμαχία
R.H.
Palia Andimakhi
R.M.
Anavallousa
Praso Nisi
Cap tou Nisyriou
Ἄκρα τὸ Δρέκανον
Kephalos
R.M.
Ilôt de Kastri
BAIE DE KASTRI
Ta Palatia R.H.
ΙΣΘΜΟΣ
Ἀστυπάλαια
Kamarais
R.M.
Kako Pérama
Temple d'Asclépios
Haghios Joannis
Cap Krikelos
36°
40'
27°



Nancy, Lith. Berger-Levrault & Cie 506.